

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Commentarius in cantica canticorum - Cod. Ettenheim-Münster 73**

**Cartier, Germanus**

**[S.l.], 1742**

Cantici Cap. 5tum

[urn:nbn:de:bsz:31-108575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108575)



Cantici Caput 5<sup>tu</sup>m

Veniat dilectus meus in hortum suum, et comedat fructum pomorū suorum. v. 1.

Commentarius.

Inuitatio et adventus Sponsi in hortum suū, ac dulce convivium hic nobis exhibetur; aspirante enim auro, seu Spiritus S. gratiā fluxerant uberrimē aromata in hortū Sponsae, clauso omnibus, praterquam uni Sponso. Igitur in signum grati animi, ut Sponsum Sponsa oblectet, et recreet, eum evocat, et inuitat, ad degustandos fructus horti sui, Sensus autem iste est; veniat, seu ut vertunt Septuaginta, descendat Sponsus meus in hortum mentis meae, et virtutum operibus per gratiā eius productis se oblectet.

Meditatio 40.

Considera 1. quanta sit anima felicitas, quae Christum potest nuncupare dilectum suum, quemadmodū Sponsa, dum ~~haec~~ ait: veniat dilectus meus in hortum suum. Quid enim beatius, quam habere filium Dei Christum Dominū pro dilecto suo; anima siquidem, quae hunc Sponsum coelestem habet pro dilecto, ipsi vicissim est pro dilecta, adeo ut inter eos sit mutus convictus, mutus amor et amplexus, mutua conversatio et familiaritas stupenda nimis; imo, quod plus est, unus est inter illos Spiritus una voluntas, una mens, unum cor; unde Sponsa non dixit: veniat dilectus meus in hortum meum, sed in hortum suum, quasi diceret: meus hortus non tam est meus, quam suus; quia ego, quae sum hic hortus, non tam mea sum, quam Sponsi divini; ipse enim me totam, quanta quanta sum fecit; tota igitur sum Christi; unde vivo ego, iam non ego, vivit verò in me Christus. Vide anima mea, quam magna sit beatitudo tua, si Christum instar Sponsae unice dilexeris, siquidem non solum membrū Christi, sed et ipse Christus quodammodo efficieris; talis quippe quisquis est, qualis eius dilectio, inquit S. Augustinus; terrā diligis, terra es, Deum diligis, quid dicam, Deus es? non audeo dicere ex me, Scripturas audiamus: ego dixi: dii estis, et filii Altissimi omnes. An hoc parum tibi videtur, transformari in Deum. O si perpenderes, quam gloriosa, quam nobilis, quam sublimis sit haec transformatio, proculdubio omnia terrena desideria, omnes mundi vanitates, ac vitae huius delectationes toto animo sperneres, tantum ut Christo intimè uniri posses; fieri

gal. 2.

tract. 2. in Jos. 1.



enim nequit, ut quis in Deum transformetur, et simul inordinate res hujus vite appetat. Evellatur igitur à corde tuo omnem terrenum amorem, ut locus relinquatur, in quo inseratur divinus, qui tam optatam transformationem operatur, ut anima dilecta fiat unus Spiritus cum Christo dilecto.

Considera 2. Licet beata sit ea anima, quae cum Sponsa Christo Domino dicere potest: veniat dilectus meus in hortum suum, longe tamen felicior est, cum ipsa optato voto fruitur; et Sponsum coelestem in cor suum introducere meretur, quod maxime fit, dum ad sacrosanctum Eucharistiae sacramentum accedit; ibi enim nos fideles realiter comedimus Christi carnem sub panis specie absconditam, ac Christus vicissim veluti nos comedit, quia nos sibi magis unit, et incorporat, ut fiamus Christum concorporei et sanguinei, seu Christiferi, ut ait S. Cyrillus. Hinc illud Christi Domini ad Augustinum? Non tu mutabis me in te; ut fit in comestione ciborum corporalium; sed tu mutaberis in me; neque enim aliud agit participatio corporis et sanguinis Christi, quam ut in id, quod sumimus, transeamus. Ecce temetipsum inquit S. Chrysostomus, nobis commiscet, et non fide tantum verum et ipsa re nos tuum officis corpus. Ideo devotè communicans induit Christi mores, et amores, Christi affectus et effectus, Christi opera et studia, adeo ut negari nequeat, quin summa Christi cum anima fiat communicatio in Eucharistia; alibi enim solum per inspirationem et gratiam, at hic per <sup>realem praesentiam</sup> anima se communicat; Vide iam anima fidelis, quanti hoc Eucharistiae sacramentum facere debeas, in quo Christus unigenitus Dei filius per suam divinam ac humanam substantiam verè ac realiter tibi unitur. O quanta tua deberet esse devotio et reverentia; quantus fervor et pietas; quanta animi letitia, cum tibi conceditur ad hoc coeleste convivium accedere, in quo non carnes vitulorum, ut in veteri lege, sed corpus Christi veri Dei tibi sumendum proponitur: corpus, inquam, vivum, immortale, gloriosum, in quo habitat ipsa divinitas et plenitudo gratiarum? quod Angeli videntes tremunt, neque libere audent intueri ob emicantem splendentem; et hoc nos parcamur, huic nos unimur, et facti sumus unum Christi corpus, et una caro: quis loquetur potentias Domini?

Considera 3. quam aequum sit, ut Christum, qui

Cyrrill. Hierosol.  
Catech. 2. Mystag.

S. Aug. Serm.  
19. de pass.

homil. 60.

S. Chrysost.  
hom. 60. ad  
popul. antioch.



nos pretioso corpore et sanguine suo pascere dignatur, vicissim pascamus; ipse enim adhuc esurivit, quemadmodum olim dum opus redemptionis nostrae perageret, esurisse legitur. Vult igitur ut famem eius compescamus, probando illi non cibos carnales, sed spirituales, puta bona opera, et varios virtutum actus; Hi sunt fructus pomorum, quibus libenter vescitur, et pro quibus tanto majorem remunerationem et gloriosiore coronam in caelis nobis retribuet, quo plures et delicatiores seu perfectiores in nobis gustaverit. Quod si vero praeter spem illis vacuas nos inveniat, ac proinde nullam refocillationem a nobis habere possit, eadem super nos <sup>veniet</sup> ~~veniet~~ maledictio, qua ficus illa affecta fuit, in qua Christus nihil invenit, nisi folia tantum. Nobis igitur omnino cavendum est, ne simus ficus infructuosa, sed potius lignum, quod plantatum secus decursus aquarum dat fructum in tempore suo; et tunc poterimus cum sponsa vocare dilectum in hortum mentis nostrae, ut comedat fructum pomorum suorum: suorum, inquam, quia ipse est hortulanus custodia sua sap. sapiens huiusmodi hortum, eiq; dans augmentum; neq; enim qui plantat, neq; qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat Deus; unde fructus, qui ex horto mentis nostrae nascuntur, Christi sint, necesse est. O anima mea, quamquam omnem impendere debeas operam, ut bonis operibus et virtutibus sicut adipe et pinguedine pp repleatur mens tua, ne tamen tibi aut tuis viribus quidquam attribuas, si his spiritualibus divitiis abundas, sed soli Christo, et gratia eius dono totum adscribe, sine quo nihil fieri potest ipso dicente: sine me nihil potestis facere. Quare quidquid est in te ornatus et decoris, non ex natura tua, sed ex illius favore ac pietate habes, illiq; acceptum referre debes; hoc autem modo gratias ac merita, qua ab eo accepisti conservabis, imo etiam augere poteris.

Matth. 21.

ps. 1.

1. Cor. 3.

ps. 62.

7 boni

Joan. 15.

Documenta.

Christus manet in anima devota, inquit Richardus a S. Victore, nam sine ipso devota esse

Rich. h.



21 non posset, nec fructum ferre, nisi in ipsa  
22 maneret, sed venire in animam dicitur, cum  
23 gratia auget, et profectui eius congratulatur;  
24 quotidie enim in devotis venit, quia eos reno-  
25 vat, et gratiam in eis cumulat.

Nyss. hic 2. Cuiam sponsa, exclamat Nyssenus, ex bonis suis  
epulum parat. quem quaso ad preparatorum fructio-  
nem invitat. Eum ipsum, ex quo omnia, et per quem  
Rom. 11. omnia, et in quo omnia; qui nutrimentum cunctis  
præbet opportuno tempore; qui manum suam aper-  
rit, et quodvis animal pro bonitate sua saturat.  
ps. 144. Invitat, inquam, panem illum, qui de coelo descendit,  
et a mundo vitam largitur; qui rebus universis de  
fonte proprio vitam affundit. Huic sponsa men-  
sam apponit.

Rich. a. S. Viet. h. 3. Invitat itaq, ait Richardus, dilectum ad pomorum  
suorum comestionem. Poma sunt opera virtutum,  
qua refectionem habent et odorem; mentem enim re-  
ficiunt, et boni exempli de se odorem aliis emit-  
tunt. Hæc poma comedit dilectus, quando istis ope-  
ribus pascitur, et tam illorum, quam nostro profec-  
tu delectatur.

4. O sacerdos, utinam hæc serio expenderes, quoties-  
cunq, ad tremendum illud, sed salutare sacrificium  
accedere paras! Utinam Christus fructum in te  
reperiât, fructum nempe suum, fructum ei de-  
bitum, fructum ei dulcem, abundantiam scilicet  
virtutum. O quam tunc lubenter descenderet, et  
descendens veniret in te, tanquam in hortum suum  
amœnum.

Veni in hortum meum Soror<sup>mea</sup>, sponsa  
messui myrrham meam cum  
aromatibus meis. Es. v. 1.

### Commentarius

Sponsus à sponsa in hortum mentis suæ vocatus  
eius desiderio tractus, et virtutum eius pulchri-  
tudine atq, munditia cordis delectatus, mox præ-  
sentiam suam exhibet, et ait: veni in hortum  
meum, meam scilicet manu consitum, meo san-  
guine coemptum. Ecce adsum, ut in te metam, id  
est colligam mihi myrrham mortificationis cum  
aromatibus meis, bonis nempe operibus, quæ mea  
sunt, quia à gratia mea fluunt.

Cornel. à Lap.  
Tirin. et ali.  
in h. l.



Meditatio xi.

Considera 1. quam libenter Christus se comu-  
 nicet anima invocanti se; vix enim sponsa hunc  
 sponsum coelestem invitavit, ut descenderet in  
 hortum mentis suae, quatenus secum spiritua-  
 libus fructibus oblectaretur: et ecce velut  
 omnis morae impatiens, ex templo adest, et  
 ait: veni in hortum meum. quasi diceret: iam  
 adsum in anima tua, ut vota tua expleam; ar-  
 dens enim desiderium tuum, et vehemens amor  
 tuus, quo me prosequeris, ad te me attraxerunt.  
 Ineffabilis dilectio Christi erga inopem ani-  
 mam, qua dignatur oblectari in corde ejus! O  
 summa anima felicitas, qua tam magnum ac no-  
 bilem Dominum, tamque fidelem amatorem ~~in~~  
 in hospitium cordis sui suscipere meretur. Car-  
 iam anima mea non ingeminas cum Sponsa: veniat  
dilectus meus in hortum suum, ut audire merea-  
ris: veni; ecce iam adsum in horto mentis tuae?  
 An forte tua vilitas tibi obicit, te prorsus in-  
 dignam esse, ut eum tanta Majestatis amicitiam  
 et familiaritatem in eas, procul ut eum in cor-  
 tuum ejus fruendi amplexibus gratia introduce-  
 re audeas? Sed deponere hunc vanum metum;  
 ecce enim ipse ait: delicia mea esse eum  
filii hominum. Et iterum: ego diligentes me  
dilego, et qui mane vigilant ad me, invenient me;  
 ipse igitur tuam parvitatem non aversatur; imo  
 quo magis parva eris in oculis tuis, eo ~~magis~~  
 ardentius ad te, venire desiderabit, tantus siquidem  
 est amor eius erga fideles suos, ut, cum viderit, quod  
 ipsi non clament ad eum, quatenus descendat in hor-  
 tum mentis eorum, ipse eos invitet ad se, ut eum  
 eis oblectari, eorumque parcere possit; unde ait: venite  
ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego re-  
ficiam vos. O verba summa pietatis, dulcedinis  
 et consolationis in auribus pauperulae animae, qua  
 licet ex se misera sit, nihilominus facile ab omni  
 miseria liberatur, dum ad sponsum suum coelestem  
 accedit, tunc enim in ipsum transformatur, et ipsius  
 felicitatem, suam facit.

7 etiam ab eo

7 Domino

prov. 8

sep. 8

Matth. 11.

Considera 2. quod nihil magis oblectet sponsum  
 coelestem, dum dignatur descendere in hortum mentis



7 amore ipsius facta

nostrae, quam abnegatio et mortificatio sui ipsius.  
Veni, inquit, in hortum meum: messi myrrham  
meam: hoc est, collegi fructus meos, et mortifi-  
catione et abnegatione tui ipsius mihi prognatos,  
meos, inquam, quia eos summopere amo. Isti  
igitur sunt fructus, quos Christus veniens in  
hortum mentis nostrae pra aliis omnibus decer-  
pere cupit; et quanto nobis amarioris videntur,  
tanto ei dulciores sunt, ac pro illis suo tempore  
grandem remuneratione redditurus est; Siquide  
vel minima sive sensuum, sive amoris proprii  
mortificatio meretur premium aeternum. Verum  
Sicut Christus summè deliciae in horto illius  
mentis, in qua invenit myrrham mortificationis,  
sic à contrario, non exiguo afficitur dolore si ita  
loqui fas est: ubi in eo nil nisi spinas amoris  
proprii reperit, quò fit, ut ab huiusmodi horto  
proprui discedere cogatur, ubi enim regnat amor  
proprius, ibi amor divinus esse nequit. Christus  
mortificatus, homo sensibus deditus. Christus  
odio habens carnem suam, homo <sup>fovens carnis, sive</sup> ~~amans carnem~~

Cōcupiscētias. Christus crucifixus mundo, homo vivens saeculo;  
Christus semper in doloribus et poenis, homo  
jugiter in voluptatibus, et deliciis, sunt duo  
valde sibi contrarii, et ideo simul habitare  
nequeunt. O anima mea egredere de terra tua,  
hoc est, relinque affectiones tuas, <sup>terrenas,</sup> mortifica in te  
omne illud, ad quod proprius amor fertur, hic  
enim amor pestis est perniciosissima; nam  
qui quaerit seipsum, perdet se ipsum; quia quò  
magis quis seipsum quaerit, tanto longius à  
Deo recedit; quisquis namq; sensuum delecta-  
menta appetit, is spiritualia fastidit, ac in  
sancto amoris Dei proposito tepescit, sicq; ineptum  
et indignum se reddit regno Dei. Discute  
itaq; interiora tua, et vide, quis in te vivat?  
Si amor proprius, mortuus est spiritus, et  
nullam habes partem cum Christo; sicut  
enim non nisi mortuo Herode Christus re-  
versus est ab Aegypto in Judaeam, sic quam-  
diu non fuerit mortificatus amor proprius non  
veniet Christus in mentem tuam, aut si illuc

gen. 12



124  
venerit, nullam ibi moram faciet, necesse est  
igitur, ut tibi moriaris, si vis vivere cum Chris-  
to. Vos estis mortui, inquit Apostolus, et ideo  
vita vestra abscondita est cum Christo.

Coloss. 3.

Considera 3. Sponsum divinum, ideo messuisse  
myrrham cum aromatis, quia ex myrrha mor-  
tificationis multa bona opera et variis virtutum  
actus profluunt. Sicut enim amor proprius  
omnia enecat, ita vicissim hujus amoris morti-  
ficatio omnia vivificat. In exemplo, si laboras  
legis, studes, scribis, aut etiam aliquod opus bonum  
v.g. eleemosina, jejunium & peragis ex amore pro-  
prio tamen, et ut precise tuae voluntati unice satis-  
facias, nullum inde habes meritum. Unde olim  
conquerentibus Judaeis, quod ieiunaverint, et  
ad ipsorum ieiunia non aspexerit Deus, respon-  
det Propheta: ecce in dies ieiunii vestri vive-  
nitur voluntas vestra. Isai. 58 Mactetur igitur prius  
voluntas, et amor proprius, et dicatur in corde:  
nolomi Deus hoc facere, quia me delectat,  
sed solum quia tibi placet, et ita fieri jubes,  
et tunc ex tali amoris proprii mortificatione  
~~profluunt~~ tue uberrimi bonorum operum fructus.

Anima mea quid facilius hoc mortificationis  
exercitio, quid nempe facilius, quam in omni-  
bus actionibus tuis dicere vel cogitare haec  
pauca verba: non propter me, sed propter te.  
mi Deus. Et certe quis non videt omnino alie-  
num esse a recta ratione, si servus unice qua-  
rat suam utilitatem et commodum, et non potius  
voluntatem, gloriam et honorem Domini sui.  
In omnibus igitur operibus stude placere  
Domino Deo tuo, et procul dubio de manu eius  
majora bona recipies. Ille sit principium et  
finis omnium tuarum operationum, et tunc non  
solum multos bonorum operum thesauros coa-  
cervabis, verum etiam ad illam perfectam cha-  
ritatem, qua secum alias virtutes comites ha-  
bet, tandem pervenies.

### Documenta.

Messui myrrham meam, inquit sponsus divinus,  
nempe collegi mihi fructus et omnia opera bo-  
na ex mortificatione provenientia, ut intra  
viscera et cor meum ea recondam, et omnia in



Nyss. Ambros.  
et alii apud Iovin.

meam substantiam convertam, quasi deificando  
illa, et tanquam pignora ac merita perfectionis  
unionis mei cum anima per presentem gratiam  
et futuram gloriam, acceptando.

2. Discamus hic mortificationes et afflictiones esse  
dapes et delicias Christi. Illas igitur exemplo  
Christi non horrere, sed ambire, et esurire de-  
bet anima Christiana, in usque exultare, et epu-  
lari. Hic enim est calix passionis, quem sitie-  
bat, et bibere ardentem optabat Christus, qui  
proinde hoc dogma ethicum dedit S. Catharina de-  
nensi: Amara pro dulcibus complectere, et dul-  
cia pro amaris.

3. 1<sup>o</sup> mortificatio in omnibus illis fieri de-  
bet, qua nos impediunt, quo minus ea qua pre-  
cepta sunt, aut alias observare tenemur rite im-  
pleamus. Plerique enim defectus, quos in iis com-  
mittimus, inde ut plurimum ortum habent, quod  
<sup>minime</sup> ~~volunt~~ in laboris ac difficultatis alicuius suscep-  
tione nos superemus, et mortificemus. 2<sup>o</sup> mor-  
tificare nos debemus in quibusdam rebus, quas li-  
cite alioquin facere possumus, cuiusmodi est, non  
egredi domo aut cellam, non videre pulchra ac cu-  
riosa, non audire ~~quod~~ non interest, nolle  
dicere, quod libenter proferremus, aliis id genus  
innumera. 3<sup>o</sup> denique mortificatio fieri debet in  
abnegatione proprii amoris, ut iam diximus.

quod nostram

Comedi favum cum melle meo  
Bibi vinum meum cum lacte meo. Comedite  
amici, et bibite, et inebriamini charissimi. c. 5. v. 1.  
Comestitatus.

Post myrrham mortificationis et afflictionis se-  
quuntur consolationes spirituales, et crescit a-  
mor divinus; hinc ait Sponsus coelestis: comedi  
favum cum melle meo, bibi vinum meum cum  
lacte meo: hoc est, tecum o Sponsa oblectatus sum  
in istis spiritualibus deliciis, et suavissimis amo-  
ris tui, quibus me constringis, amplexibus. Cate-  
rum hoc dicit Sponsus, ut sponsam maximè autem  
adolescentulas doceat: quali convivio eas delac-  
tari oporteat, unde mox illas invitatur dicens:  
comedite amici, et bibite, et inebriamini cha-  
risimi. Comedite nempe ex favo et melle meo  
seria meditatione mysteriorum fidei, et exerci-



atione virtutum. Bebite vinum et lac meum  
per quietam contemplationem, et ardentem amore  
in amoribus inebriamini, id est, toti adimplea-  
mini, ut nihil in vobis vivat, aut vigeat, quam  
amor Dei, nihil operamini, nihil loquamini ni-  
hil optetis, nihil cogitatis, quam quod idem  
amor prescribit.

### Meditatio 52.

Considera 2. quod in via Dei nemo possit come-  
dere farum cum melle, aut bibere vinum  
cum lacte, nisi prius gustaverit myrrha ama-  
ritudinem; necesse quippe est, ut antequam  
sentiamus, quam suavis sit Dominus, ejusque dul-  
cedinem experiamur, ut prius carnem cum con-  
cupiscentiis suis crucifixerimus; gratia enim  
non miscetur cum natura; unde quamdiu hæc  
sua commoda et sensuum oblectamenta  
quaritur, tandem gratia illa sensibilis, seu fragran-  
tia divina suavitatis à nobis sentiri non po-  
terit. Plures quidem reperiuntur, qui vel-  
lent illud suave contemplationis otium, illa  
internam pacem et quietem, qua exsuperat om-  
nem sensum experiri, sed de medijs, quibus  
illa acquiri possit, parum sunt solliciti;  
neque enim sibi imperare queunt, ut carna-  
lem seu sensualem appetitum suum ad ex-  
teriora inordinatè propensum mortificent;  
Sic nempe desiderant interiorem animæ con-  
solationem, ut tamen simul suis inordinatis  
cupiditatibus indulgere possint. Quamdiu  
hi tales sunt, tandem coelestibus pascuis re-  
fici non poterunt; sicut enim gratia et na-  
tura sibi adversantur, sic spiritus et caro;  
quo fit, ut quantum tribuimus uni, tantum  
auferamus alteri; si enim recreamus carnem  
delectationibus, spiritus carebit suis conso-  
lationibus; quod si verò carnis concupis-  
centias refrenemus, tum demum spiritus  
illud coeleste manna absconditum à Deo ac-  
cipere merebitur. Sara primum peperit Isaac  
gaudium et risum patri suo, cum esset senex  
et iam omnibus desideriis mundanis mortua;  
sic nisi prius in nobis mortua fuerint omnes

Ticin. h.

122



inordinata inclinationes ad sensuum oblectamen-  
ta, nunquam in corde nostro plenè gignetur  
gaudium spiritus, nec consequenter in odore  
naquentorum divinorum currere poterimus.

O anima mea si vis volare ad illas super-  
nas delicias, cogita prius de alis: ecce morti-  
ficatio et abnegatio sunt illa penna, quibus  
anima levatur super se, ut possit degusta-  
re dulcedinem coelestis nectaris. Mortifica  
itaq; sensualitatem tuam; exerce te in operi-  
bis humilitatis, discere abnegare te ipsam, dis-  
ce abstinentiam, patientiam, et laborum tole-  
rantiam; et tunc comedes mel cum favo bi-  
besq; vinum cum lacte.

Considera 2. quod amor divinus hic compa-  
retur vino, quia mentem sobriè et castè inebriat.  
Id satis apertè intelligere possumus ex  
Propheta, dum ait: calix meus inebrians quàm  
placidus est! hoc est, juxta Cardin. Turcremata,  
amor divinus me castè inebrians, quam suavis  
est, et super omnia desiderandus. Id ipsum  
idem Propheta alibi innuit his verbis: ine-  
briabuntur ab ubertate domus tua. quoniam  
enim est illa ubertas, nisi charitas, quàm sancti  
uberrimè abundant, et in qua est plenitudo  
omnium bonorum, cum et ipsa sit Deus, in  
quo et à quo sunt omnia bona: Deus charitas  
est. Sed et sponsa volens alibi significare  
dulcedinem ac suavitatem hujus divini amoris,  
quàm à sponso recreata fuerat, eam melius  
exhibere non potuit, quam dicendo: in-  
troduxit me rex in cellam vinariam, id est,  
induxit me sponsus coelestis in cor suum, ac  
vino divini amoris ex eo manante me pota-  
vit; et ideo amore languo. Verum quia  
haec casta et sancta ebrietas super omnem  
modum dulcis est, hinc quò magis ea expri-  
meretur, lac, quod est valde suave, vino ap-  
ponere voluit sponsus coelestis, et ait: bibi  
vinum meum cum lacte meo; dicit meum,  
tum ut indicet, quod potas hoc vinum et lac sit  
ipsi amabile, tum ut intelligeremus, hujus vini  
et lactis dulcedinem longe esse diversam ab ea,

Turrec. in  
ps. 22.

ps. 34.

1. Joan. 4.

Cant. c. 1. v. 3.



Dulcedine, quam nos in hisce liquoribus corpo-  
ralibus sentimus; quò enim nobilior est spiri-  
tus corpore, eò sunt prestantiores delicia spiri-  
tuales corporalibus, imò tanta et tales sunt,  
ut non possint exprimi, quia nemo eas novit,  
nisi qui eas gustare meruerit. O anima mea  
audi apostolum nos adhortantem et dicentem:

Eph. 4

estote imitatores Christi sicut filii charissimi.  
conforma te igitur Jesu Christo; ama, quod ipse  
amavit, et ut ad dulcedinem divini amoris per-  
tingere valeas, sis prius amica mortificatio-  
nis, crucis et passionis, et tunc inebriaberis non  
musto, sed spiritu sancto.

Considera 3. quàm dulcia sint et auditu inveniunda  
illat sponsi verba: comedite amici, et bibite, et  
inebriamini charissimi. Quid enim dulcius,  
quàm audire se esse amicum Dei, eidemq; cha-  
rissimum, qualis quisq; est, qui facit volunta-  
tem Dei. Vos amici mei estis, inquit Christus, si fe-  
ceritis ea, quæ ego precipio vobis. Quid etiam ju-  
cundius, quam ab ipsomet coelesti sponso imitari  
ad epulas spirituales, quibus reficiatur anima  
pia dum consolationem percipiunt, dum amore  
christi pascuntur, dum illuminantur in fide, dum  
consolantur in spe, dum accenduntur charitate,  
dum delectantur justitiâ, castitate, et ceteris vir-  
tutibus; qualibet enim virtus mentem pascit,  
dum hanc sua delectatione reficit; Et si magis  
ac magis inardescit in amorem divini sponsi, etiam  
usq; ad ebrietatem pertingit; mens enim hoc divino  
amore saucia alienatur ab amore carnis et mundi,  
à curis et sollicitudinibus hujus sæculi, ac unice  
fertur ad amanda coelestia, ut uni Christo inhaerens  
et unita amet crucem, sitiatq; cum eo multa pati  
amore Dei. Hæc est illa sobria ebrietas, ait D. Ber-  
nardus, quæ non madet vino, sed ardet Deo. Hæc  
ebrietas, inquit etiã S. Ambrosius, sobrios facit,  
latitiam generat, non titubantiam. Verùm  
o anima mea relinque hanc expertis ebrietatem  
da ea differendi; Tu verò prosterne te ante mensam  
divitiarum Christi. Roga eam, ut saltem nonnullas  
micas de hac mensa, in qua assident excelsæ anima  
nonnunquam tibi dimitti permittat, ne torpescas in

7 Divini

Joan. 15

Rich. a. J. V

4 cor

tract. De  
dilig. Deo

libj. de Civ  
et Abel. 2-3

7 alioquin



via Dei, aut ad consolationes humanas diffluas. Et quia qui amat in alio bonum, quod ipse non habet, imputatur ei quasi illud haberet, et sic suum quodammodo facit. Ideo congratulare istis sanctis animabus, quas Deus adhuc in hac via de torrente voluptatis sua potare voluerit, nec non ipse Deo propterea summas grates referre, et vero tam sublimibus favoribus prorsus indignam te reputa. Sufficiat tibi in unum colligere posse merita Christi tibi, applicare: quod cum feceris, ac spiritum tuum valde humiliaveris, atque Christo constanter adhaeris, procul dubio si non in hac vita saltem in altera inebriaberis ab ubertate domus Dei.

## Documenta.

Lib. 9. de  
Sacram. c. 3.

1. Sicut mel summè dulce est ori et Stomacho, sic Eucharistia miram instillat consolationem et delectationem spirituale; unde S. Ambrosius, qui cum Septuaginta sic legit: manducavi panem cum melle meo, sic ait: "vides quod in hoc pane nulla sit amaritudo, sed omnis suavitas? vides huiusmodi esse latitiam, qua nullius peccati sordibus polluitur! quotiescumque enim bibis, ~~requisignemur~~ <sup>requisignemur</sup> ~~requisignemur~~ remissionem accipis peccatorum, et inebriaris spiritu.
2. Symbolicè favus cum melle notat religiosos orationi et contemplationi deditos; hi enim in suis cellis latent, quasi apes in favis, ibique mellificant, et melleos charitatis, orationis, humilitatis & fructus producant. Vinum notat viros animosos zelo Dei ferventes, ut vitia castigent, et amorem virtutis ac Dei omnibus instillent: Lac notat viros pure, simplicius et innocentis vite, ut docet S. Gregor.
3. Notat hic <sup>idem</sup> S. Gregorius, quod, qui ad comedendum invitantur, amici tandem vocentur, qui verò bibunt, et inebriantur charissimi; nam comedere, inquit, bonum est, sed bibere, et inebriari, est melius; Comedunt itaque communes Christiani, qui Dei mandata servant, et operibus sanctis se exercent. Sed tamen parentes et filios, resque terrenas adhuc



Diligunt, licet Deum eis proponant. Sed sunt  
 praeterea alii electi, qui omnibus terrenis operibus  
 abdicatis caelestia solum ambiunt, parentes uxores,  
 filios, et omnia transitoria relinquunt, ac solum-  
 modo Christum sequi, ac amplecti concupiscunt.  
 Eius desiderio se affligunt ieiuniis, se exercent me-  
 ditationibus vacant contemplationibus, aeterna tan-  
 tum cogitantes, quae retro sunt, obliviscuntur, et in  
 anteriora se extendunt. Quid tales agunt, nisi quod  
 se inebriant, cum omnium terrenorum obliviscuntur?  
 Sicque non tantum amici sponsi, sed et charissimi ap-  
 pellantur.

Ego dormio, et cor meum vigilat. Vox  
 dilecti mei pulsantis: aperi mihi soror  
 mea amica mea, columba mea, imma-  
 culata mea; quia caput meum plenum  
 est rore, et cincinni mei guttis nocturni. v. 2

Interpretatio  
Commentarius

Sponsa melle et lacte caelesti bene pasta,  
 ac vino spirituali ebria, mox in somnum seu  
 quietem contemplationis incidit, unde ait:  
 ego dormio, et cor meum vigilat, id est, ego  
 dormiebam, seu quiescebam a negotiis et cu-  
 ris huius saeculi, et cor meum seu ratio vigi-  
 labat, rerum caelestium contemplationi uni-  
 ce intenta; cum ecce audio Sponsum ad ostium  
 cordis mei pulsantem, et dicentem: aperi mihi  
 id est, praedica me, inquit S. Augustinus. Aperi  
 mihi exhortatione et praedicatione tua ostium  
 cordis eorum, qui pessulo malorum operum  
 illud clausurunt. Aperi mihi, soror mea  
 propter naturae conformitatem: amica mea  
 propter charitatem: columba mea propter cor-  
 dis simplicitatem: immaculata mea propter  
 conscientiae munditiam; Quia caput meum,  
 et cincinni seu crines capitis mei gravati  
 sunt frigido rore, et gelidis guttis scelerum  
 Christianorum sodalium tuorum.

Caput Christi, inquit S. Gregorius, plenum est rore,  
 quia multi in ecclesia positi Christum Deum  
 esse credunt, et tamen frigidi ad ardorem cha-

S. Aug. serm.  
 57. in Jo.  
 S. Greg. hom.  
 14. in Exech.  
 S. Thomas. h.  
 Terin. h. c.

Serm. 57. in Jo.  
 Honor Aug  
 S. Thom. h.  
 Richard. a. s. v.

S. Greg. h.



11 ritatis non accenduntur. Cinnamon eius ple-  
7 ni dicuntur esse guttis noctium, quia populi  
4 magis ac magis stillationibus iniquitatum  
4 fluunt.

## Meditatio 53.

Considera 2. Nunquam amoeniorem esse som-  
num et quietem animae devotae, quam cum ejus  
sensualitas dormit, et vigilat ratio, tunc enim  
in ea omnia sunt tranquilla, pacata, ac ab om-  
ni inquietudine libera: Et sicut infans in sinu  
matris dulciter ac secure dormit, sic ipsa anima  
à concupiscentiis et curis saeculi immunis velut  
in sinu Dei ejus bonitatis, pulchritudinis, im-  
mensitatis, aliarumq; divinarum perfectionum  
contemplationi intenta, secure ac suaviter qui-  
escit, et obdormit, ut possit dicere: in pace in  
idipsum dormiam, et requiescam. O quis

ps. 4

felicem statum talis animae exprimere potest.  
Magnus profecto est et sublimis, cum quodam-  
modo assimiletur, illi felicitati, quae <sup>sancti</sup> ~~coeli~~ in  
caelo gaudent. Si siquidem dormiunt ad ea quae  
in hac vita jucunda videntur, ~~quae per se non~~  
~~gaudentur affectu;~~ <sup>ad illa nullo</sup>  
~~gaudentur affectu;~~ <sup>parte</sup> ac proinde  
inesabili ac ex omni <sup>parte</sup> perfecta quiete perfruen-  
tur; est tamen mens eorum semper vigilat; co-  
quod nec momento à contemplatione illius aeterni  
ac immensi oceani omnium bonorum desistant.

Simile quid contingit animae piae quae cum Chris-  
to declinat à turba, ut se recipiat in solitudi-  
nem soli Deo vacatura; Dum enim ejus exte-  
rior homo veluti omnium oblitus ac sensibus  
ejus erga res creatas tantisper sopitis, quies-  
cit à terrenis, interior ad coelestia se suble-  
vat, ipsum Deum contemplatur, cum amoris  
affectibus constringit, atq; in eo tanquam uni-  
co ac summo bono impense delectatur. Hoc  
est, quod innuit S. Augustinus, dum ait: in-  
troducis me Domine in solitudinem, quae si  
perficiatur in me, si illa non est vita beata,  
nesero, quid sit vita beata. • O anima mea



Siris, ut benetibi sit in hac valle lacrymarum,  
 fac, ut cum Sponsa semper dicere possis: ego dor-  
 mio, et cor meum vigilat. Claude igitur sen-  
 sus tuos rebus terrenis, et oculos mentis tuae  
 solis coelestibus aperi, ac qua Dei sunt uni-  
 cè contemplare; cum enim ipse Deus sit om-  
 nis gaudii et felicitatis fons inexhaustibilis,  
 infallibiliter consequitur, te eò uberius ve-  
 ras delicias percepturam esse, quò magis su-  
 perna quasieris, ac Deo adhaeris.

Considera 2. quantum Christus amet salutem  
 animarum nostrarum, quippe qui magnam  
 sollicitudinem gerit, ut rudes, negligentes, er-  
 rantes per viros spirituales instruantur, e-  
 mendantur, et ad rectam semitam reducantur.  
 Cum enim sponsa suaviter obdormiret quies-  
 cens à negotiosis actibus, et animus ejus divi-  
 nis se recreans affectibus intenderet coelesti-  
 bus, ecce pulsabat ille, inquit S. Augustinus,  
 qui ait: qua dico vobis in tenebris, dicite in  
 lumine, et qua in aure auditis, praedicate su-  
 per tecta. Pulsat ergo, ut excutiat quietem,  
 et clamat: aperi mihi, praedica me; ad eos  
 quippe qui clauserunt contra me, quomodo  
 intrabo sine aperiente? quomodo enim au-  
 dient sine praedicante? Et ut sponsam ve-  
 luti compellat ad procurandam aliorum salutem  
 et perfectionem, quatuor istis titulis, quasi  
 tot stimulis eam perurget, et ait: Soror mea  
 es quia ego carnem assumendo dignatus sum  
 fieri frater tuus; aperi ergo mihi fratri tuo.  
 Amica mea es, amore enim te praeveni, teq; ami-  
 citiam meam participem feci, aperi ergo mihi te  
 adeo amanti. Adhaec columba mea es, id est,  
 castissima mihi uni desponsata; aperi ergo mihi  
 sponso tuo unico. Deniq; immaculata es, ape-  
 ri ergo mihi, qui tua puritatis sum auctor;  
 Cur non satagas, ut consodales tuae mihi et  
 tibi in puritate sint similes? Vide iam anima  
 mea, quanta sit dignitas et excellentia men-  
 tis perfecta, qua nimirum Deum super om-

Serm. 57. Jo.



ma diligit, et ei unice placere intendit, quippe  
 qua à Deo tot amoris titulis honorari meretur.  
 Quis non animetur ad vitam perfectionem, et sancti-  
 tatem totis viribus factanda? Vide præterea  
 quam liberum et facile accessum habeant pecca-  
 tores ad Christum, quandoquidem ipse adeo soli-  
 cite salutem eorum desiderat, si enim pulsat ad  
 ostium sponte, ut ipsa ei aperiat corda peccato-  
 rum, quanto magis pulsat ipse ad propria pecca-  
 torum corda, ut in ea intrare possit, juxta il-  
 lud: ego sto ad ostium et pulso, si quis audierit  
 apoc. 3. voce meam, et aperuerit mihi ianuam, intra-  
bo ad illum, et coenabo cum ipso, et ipse mecum.  
 Quis iam non excitetur, ut post lapsum cito  
 agat poenitentiam, cum videat magnas epulas  
 poenitentibus à Deo preparatas. Num parum ti-  
 bi videtur o peccator cum Deo coenare et epulari?  
 quare aliquid melius, si potes. Habent igitur  
 hic peccatores, unde stimulentur ad festinan-  
 dam suam conversionem, habent et deoata ani-  
 ma, cur ad majorem perfectionem semper as-  
 pirare debeant.

Considera 3. quod mali Christiani suis pra-  
 vis operibus et iniquitatibus quasi injecto rore  
 veluti contaminant caput Christi, illumq; à  
 se ablegent, dum ejus sanctas inspirationes re-  
 pellunt. Plerumq; enim opus non foret ut  
 Christus pulsaret ad ostium cordis virorum  
 perfectorum, quatenus exhortatione aut præ-  
 dicatione <sup>ipsorum</sup> ~~suorum~~ sibi <sup>aperiantur</sup> ~~aperiantur~~ corda <sup>peccatorum</sup> ~~peccatorum~~  
 nisi prius stans ad ostium cordis <sup>istorum</sup> ~~eorum~~, et  
 pulsans, <sup>in</sup> ejus vocem audire nolent. Christus  
 igitur ab eis veluti repulsam passus, quasi  
 subditi obnoctare compellitur, ac torpore con-  
 cupiscentisq; illorum veluti pruina, ab geli-  
 dis guttis noctis hyemalis gravatur, et cons-  
 purcatur. Et hoc ipsum innuere videtur Apo-  
 stolus, dum ingemiscens ait: qui prolapsi de mo-  
 Hebr. 6. stris: in peccata: / emisissent sibi metipsis si-



lucum Dei, et ostentui, ac contemptui habentes.  
 Verum o ineffabilis Christi pietas erga peccatores! En. aesi ab eis nunquam offensus fuisset, ipsos amantior requirit, ad eos venire, et in eis suam mansionem facere impense desiderat, unde et excitat sponsam, ut surgat a statu contemplationis, et predicando sibi aperiat corda peccatorum, quatenus in ea ingredi, et cum eis deliciari valeat. O anima mea, quomodo iam non compatiaris Christo, qui a tepidis Christianis adeo contemnitur. Ecce pulsat, hospitium quarit, ut ~~resolvetur~~ <sup>resolvatur</sup>; nam gravatum est caput ejus gelidis guttis omnium scelerum nostrorum, omnium probrorum, blasphemiarum, sputorum, verberum, aliorumque cruciatuum, quos nostri causa innocentissimus agnus sustinuit. Verum enim languores nostros ipse tulit, et dolores nostros portavit; et tamen pro abundantia iniquitatis refrigerante charitate, multorum pauci sunt, qui cum recipiant cordis hospitium, ac devotionis sinu foveant: tu saltem effice per gratiam Dei, ut inter istos paucos semper inveniaris, dic igitur cum S. Bernardo: quocumque loco fuero, mecum Jesum desidero, quam latus, cum inveni-ro, quam felix, cum tenuero.

S. Thom. h.

Isai. 53.

Documenta

Viri contemplativi, inquit S. Thomas, dicuntur dormire, quia quiescunt a sensibilibus, et exterioribus, attamen secundum cor vigilant, quia magis sunt apti ad percipiendas intussecus inspirationes et divinos influxus, quia sicut caeci non intenti visibilibus melius memorantur, sic viri contemplativi, non intenti exterioribus, magis percipiunt interiores inspirationes.

S. Thom. huc

Rabbi Salomon haec verba: ego dormio ad Sponsam, et cor meum vigilat ad Sponsam, q. d. dum ego Sponsa dormio, Sponsus, qui est cor meum, vigilat, et salutem meam sollicitus invigilat; solent enim amantes se invicem appellare. cor meum, vita mea anima.

tendit quippe  
 rari necesse  
 onem et hanc  
 Vide proinde  
 labant pueri  
 ipse ad hanc  
 am pulsat  
 ora perit  
 propria qua  
 bit, iustitiam  
 quis ad hanc  
 saniam inter  
 et ipse  
 Caput ubi  
 magnas opus  
 Num perit  
 ere et ipse  
 labant ipse  
 ad hanc  
 deorte  
 Scapula  
 i suis pe  
 injecta mo  
 Hi, illius  
 iratione  
 foret et  
 i virgine  
 e aut per  
 Sa perit  
 istos  
 t. Christus  
 epos, quippe  
 torpore  
 a, et ipse  
 et aut  
 Delus ipse  
 lass  
 an







Sponsa excussurus intrare tentabat, constat  
ea Hebraeo, septuaginta et aliis, inquit Cor-  
nelius à Lapide h. Sensus autem est:

Sponsa auditâ voce dilecti pulsantis, et  
admonentis ad salutem et curam proximorum,  
quamvis diligat, et Sponsi voluntati parere  
prompta sit, timet tamen contemplationes sua-  
ritatem deserere, et actibus mundi rursus im-  
plicari. Unde subdit: Expoliavi me tunica mea,  
quomodo induar illâ, id est, deposui terrena indu-  
menta curarum temporalium, quomodo rursus illis  
implicabor? Lavi pedes meos, id est, mundos effeci  
affectus meos ad coelestia aspirando, et terrena despiciendo,  
quomodo inquinabo illos, exteriora curando. Sed  
ecce dum trepidat sponsa cura exteriori exponi,  
ampliori lumine gratia illustratur: dilectus enim  
meus, inquit, misit manum suam per foramen,  
id est, suâ gratiâ tetigit, seu <sup>ac</sup> potius illustravit  
intellectum, et accendit voluntatem meam: et  
ad tactum ejus, id est, ad istam immisionem gratia  
intremuit venter meus, hoc est, cor meum commo-  
tum est, non audentius resistere volunta-  
ti Sponsi.

7 eos

s. Gregor. h.  
s. Thom. et ali;

s. Thom. h.

Corn. à Lap. h.

s. Thom. h.

Dicitur autem foramen anime, intellectus et volun-  
tas, quia utrique Christus latenter et occulte  
quasi per foramen manum id est gratiâ immit-  
tit ad id perficiendum, ad quod <sup>animâ</sup> excitat,  
seu, ut ait s. Thomas, quia per hanc utramq po-  
tentiam, quasi per foramina seu rimulas Chris-  
tus ad nos ingreditur. Dicitur proterea cor  
seu mens venter, quia sicut in ventre cibi  
sic in mente seu in corde cogitationes excoquun-  
tur, ut ait hic Beda, et Richardus à s. Viet.

Meditatio 54

Considera x. quod viri timorati super omnem  
modum metuant, ne dum cura aliorum proficiun-  
tur, rursus terrenis actibus, quos iam abiecerunt  
involvantur, ac consequenter à suavi contempla-  
tionis otio avellantur, nec non & multis pec-  
candi exponantur periculis, et ideo, quantum



possunt refugiunt prebaturas, dum è contrario Vi-  
rii laxioris vita ac sensibus dediti, toto animo eas  
desiderant, et nihil non moliantur, quatenus su-  
per alios potestatem ~~esse~~ exercere, ~~ut~~ va-  
leant; quibus bene dici potest: nescitis, quid  
Matth. 20 petatis; nam certe tale desiderium, et ambitio-  
sus conatus ex ignorantia proficiuntur; neq;  
enim quisquam aliis præesse ambiret, si ma-  
gnas ac graves obligationes eorum, qui præsumt,  
graviter cognosceret. Tanta profecto tanque  
difficiles sunt, ut Sanctissimi, et Sapientissi-  
mi viri, quales fuere N. Basilii, Ambro-  
sio, Gregorio et plures alii toto animo ex-  
horuerunt, cum ad regimen animarum voca-  
rentur. Sed dic mihi ambitiose, cum sis nunc  
liberior, et magis tui juris, nec tamen satisfa-  
cis minori officio, quomodo satisfacies ma-  
iori iam amissâ quasi omni libertate? Si non  
sufficis parvo oneri ferendo, quo pacto ma-  
gnum portabis? Si parva cura te distra-  
hant ab oratione ac aliis exercitiis spiri-  
tualibus, quomodo Deo tranquille vacare  
poteris, tot curis distractus? Quod si putas,  
te honore dignum esse  
te virtute præditum, ac proinde honore di-  
gnum esse, hanc unam ob causam eo indi-  
gnus es, sicut è converso si te ineptum ad  
omnem dignitatem aut officium reputes, iam  
<sup>quodammodo</sup> hoc ipso mereris, ut aliis præsis. Scito, quod  
si Deus decreverit, ut ad aliquod regimen  
seu manus assumaris, id ipse efficiet sine  
tuâ cura; neq; enim indiget tuâ diligentia aut  
conatibus, ut te exaltare possit. Ah si Sapis,  
Semper esto parvus in oculis tuis, nec ullos ho-  
nores magni facias; hi siquidem in hora mortis  
te non iuvabunt, sed magis nocebunt. Adnitere  
potius, ut sis amicus Dei, quia majorem digni-  
tatem nunquam adipisci poteris.



128  
Considera 2. animam piam non solum la-  
vare pedes suos, id est mundos efficere affec-  
tus suos per lacrymas contriti cordis, sed etiam  
et quidem maximè per despectum terrenorū,  
sic nempe, ut non solum omnia temporalia,  
sed etiam ipsam voluntatem ea habendi di-  
mittat, ut ait S. Thomas. Et in hoc proprie con-  
sistit, illa sublimis vietus paupertatis, in  
qua excelluerunt Apostoli, qui non tantum  
sua dimiserunt, sed etiam desiderium habendi  
reliquerunt, inquit S. Gregorius. Felices, qui  
eos sequi voluerint, quia cum eis divitias im-  
mortales consequentur. Beati pauperes spi-  
ritu, ait Salvator, quoniam ipsorū est regnū  
coelorum: beati nempe, qui propter Deū non  
solum res terrenas, quas iam habent, sponte  
suā abiciunt, sed etiam ipsum affectum  
et amorem ad ea, qua habere possunt, pari-  
tus exuunt, atq; soli Deo contenti vivunt.  
De iis dicit Apostolus: nihil habentes, et om-  
nia possidentes, quia Deum possident, in quo  
sunt omnes thesauri, opes, gloria, potentia, de-  
lectabilia, voluptas, verbo in quo sunt omnia desi-  
derabilia, unde istis Deus est opulatio, Deus  
est delictatio, Deus est requies, Deus est volup-  
tas, Deus est thesaurus et omnia. O anima  
Religiosa qua per votum paupertatis in profes-  
sione emissum lavasti pedes tuos, attende an  
non rursus lapsus inquines illos, non solum de-  
siderando bona temporalia, sed etiam illa ul-  
tra necessitatem tibi procurando. Diserte itaq;  
conscientiam tuam, et si pedes affectuum tuo-  
rum inquinatos deprehenderit, lava eos insis-  
tendo vestigiis Apostoli, qui ait: Omnia arbi-  
tror, ut stercorea, ut Christum lucrifaciā. Hoc  
enim à te exigit vera ac perfecta paupertas,  
ut scilicet omni erga res terrenas deposito affec-  
tu eas velut pedibus proteras, ac prorsus con-  
temnas: quo contemptu veram felicitate, qualis  
saltem in hoc mundo haberi potest, assequeris.

S. Thom. h.

Homil. in  
Matth.

Matth. c. 5.

2. Cor. 6.

Philip. 2.



lib. 3.  
De Trin.

Neg, enim beatitudo hominis in hoc sita est,  
ut multa possideat, sed ut desiderio suo ple-  
nè satisfactum, videat. Beatus est, inquit  
S. Augustinus, qui habet, quidquid vult, tales  
sunt reverè pauperes spiritu, hi siquidem  
habent, quid quid desiderant, cum nihil desi-  
derent, præter id, quod habent.

Considera 3. Licet qualibet anima, qua sua per-  
fectionis est cupida, pro viribus se extricare de-  
beat à negotiis et curis secularibus, ut in silen-  
tio et quiete Deo vacare possit; nihilominus  
quando manum Domini sentit, qui eam excitat,  
ut laboret in vinea sua omnino ei surgendum  
est ab otio contemplationis, et parandū volunta-  
ti divina. Manus ista videtur esse amplius  
gratia lumen sponsam illustrans, et veluti cer-  
tiores reddens de voluntate divina, ac simul  
ad memoriā eius revocans, quanta ipse divi-  
nus sponsus pro salute ipsius et proximo-  
rum eius pertulerit, quomodo nempe è sinu  
patris, in quo ab æterno requievit, veluti e-  
gressus in huius exilii carcerem se dimiserit  
quanto labore, sudore, dolore, poenitentiam  
et regnum coelorum prædicaverit, et tandem  
mortem turpissimam appetierit, ut sponsa hoc  
permota exemplo torporem disentiāt, et animā  
pro proximis ponere non pertimescat. Sic ni-  
mirum Christus avidè desiderat salutem nos-  
tram, ut non contentus, quod <sup>alim.</sup> in opere redemp-  
tionis nostræ innumeros exantlavit labores,  
nunc adhuc excitet viros spirituales, qui  
jussu eius operam suam etiam <sup>exhibere</sup> ~~impendere~~ de-  
beant ad salvandas animas. Admirare hūc  
anima fidelis pietatem et amorem Christi  
erga nos, quippe qui totum se impendit, ac  
semper invigilat salutem nostram. Licet enim  
post ascensum suum in coelum, suam nobis vi-  
deatur subtraxisse præsentiam, indubitanter  
tamen credere demum debemus, ipsū nobis jugi-



ter presentem esse. Ece vobiscum sum, inquit,  
usq; ad consummationem saeculi. Quin imo in  
 ipso vivimus, movemur, et sumus; unde et ait:  
Sine me nihil potestis facere. O desideratissi-  
 ma Christi praesentia, qua revera nobis ma-  
 quam ingenerare deberet reverentiam et fiduciam.  
 Reverentiam, propter ipsius divinae ac tremen-  
 dam Majestatem, qua intimè nobis semper a-  
 dest; fiduciam, propter ejus indefinentem so-  
 licitudinem, vigiliam, opem, ac protectionem,  
 quam nobis salutis nostrae causa impertit.

Matth. 28.  
 Act. 17.  
 Joan. 15

Documenta

Tunicam suam sponso; sponsa se expoliavit, inquit  
 S. Gregorius, quia omnia exteriora, quibus ho-  
 norabatur et onerabatur abiecit, de qua tuni-  
 ca dicitur: Nunc autem, qui habet tunicam, vendat  
 eam, et emit gladium. Gladium quippe venditam  
 tunica emit, qui pro aeternis temporalia abdicat  
 et in sancta conversatione vivens, verbum pra-  
 dicationis assumit.

1.  
 S. Greg. h.

Ad lavandos pedes seu ad mundandos affectus erga  
 bona temporalia, atq; adeo ad sectandam paupertatem  
 duo nos movere possunt; primum est exemplum  
 Christi; fuit enim Christus propter nos pauper  
 nascendo, pauper conversando, et pauper moriendo,  
 sic omnia semper contempsit, ut ea ab omnibus  
 contemnenda monstraret: Secundum est ejus pro-  
 missum, quod est inestimabile, ditiori est enim  
 liquidem est Christi paupertas, ait S. Bernardus,  
 cunctis opibus, ac univrsis thesauris.

2.

Multi vita quieta et contemplativa nimis dediti,  
 licet praedicationis gratiam dotati, a Christo per  
 Superiores ad lucrandas Deo animas evocati labo-  
 rem detrectant, ne a sua dulci quiete avellantur,  
 ne variorum navorum pulvere inquinentur. Verum  
 hi errant, quia hi pulvisculi leves sunt, et facile  
 abstergantur, imo obruantur tot actibus et la-  
 boribus charitatis, quos in salutem aliorum con-  
 tinuo exantlant.

3.  
 vid. Cornel.  
 à cap. h.



Surrexi, ut aperirem dilecto meo: manus mea  
stillaverunt myrrhā, et digiti mei pleni myr-  
rha probatissima. Pessulum ostii mei aperui  
dilecto meo; at ille declinaverat, atq; transierat. v. s. 6.

### Commentarius.

5. Thom. h. Sponsa tanta gratiā interna efficaci, ut in  
se suscipere curā animarum, non de adificatio-  
ne proximi cogitare coepit. Unde ait: Surrexi  
à contemplatione, ut aperirem dilecto meo per  
prædicationem; et non solum ei aperui prædican-  
do verbo, sed etiam prædicando exemplo. Idcirco  
manus mea stillaverunt myrrhā, et digiti  
mei pleni myrrhā probatissimā, quia non tan-  
tum in prædicatione, sed etiam in omnibus ac-  
tionibus meis mortificationem adhibui ex rec-  
ta ad Deum intentione. Postquam autem ita  
aperueram ostium alii prædicando, volui redire  
ad statum contemplationis; quapropter pessulum  
ostii cordis mei aperui dilecto meo, removendo  
curas temporales, et similia obstacula; at ille  
declinaverat, atq; transierat; unde, cum amplecti  
non merui.

### Meditatio 55.

Considera 1. Prædicationem tunc maximè fructuosā  
esse, cum ei adjungitur myrrhā mortificationis,  
plenius enim docatur exemplo, quam verbo. et  
quia alioquin cuius vita despicitur, restat ut ejus  
prædicatio contemnatur. Ideo sponsa à divino spon-  
so ad curam animarum evocata, illico in se ipsa  
ostendit, quid alios facere oporteat; quamvis enim  
sua iam mortificasset vitia, at tamen magis illu-  
minata plures adhuc defectus in se invenit,  
quò magis enim anima per lumen gratiæ Deum  
agnoscit, eò plures navos in se deprehendit, unde  
et ingemiscit, quòd tam longè adhuc distet ab  
illa simplicitate, puritate, et sanctitate, quam  
Deus ab ea exigit. O anima Christiana præ-  
sertim, quæ aliis præes, quam magna tibi incum-  
bit obligatio, ut tuos pravos appetitus morti-



fices, quatenus hoc mortificationis studio non solum tibi fructifices, sed etiam aliis viam ostendas, per quam ambulare debeant, ut ad eum finem tandem perveniant, ad quem à Deo creati sunt. Quod si vero pauca in te mortificanda deprehendas, vide, ne id faciat amor proprius; is enim mentes ita excoccare solet, ut suas internas infirmitates, ac deformitates cernere nequeant. Tantisper igitur sepone hunc amorem proprium, ac magis crede aliis, quam tibi, quid de te sentiant, et mox invenies, agrum mentis tuae multis scaturire vitiorum spinis, quae te antea latebant: quo in statu posita, tota in eo esse debes, ut manus tua et digiti stillent myrrham, id est, carnis mortificationem, et poenitentiam, quae unica via est ad gratiam Dei conciliandam, aut etiam augendam, modo tamen myrrha illa probatissima sit, ut scilicet pro solius Dei honore, pro accidia et vitiorum extirpatione, pro animarum conversione, non propter aliquod temporale lucrum, vel commodum assumatur.

Considera 2. Quemadmodum sponsa, ut rursus dilecto suo frui possit, à se removeat obstacula, quae eam impediunt, quò minus sentire possit praesentiam eius; abicit itaq; saltem quantum ei licet, curas temporales. Deinde caret à minimis negligentis, quae offensionem dilecti provocare possunt, quales sunt locutiones inutiles et superfluae, cogitationes vanae et otiosae, discursus vagabundi, commoda corporalia, et similia, quae per pessulum seu seram intelligi possunt. Sicut enim seram ostium ita claudit, ut nisi illa referetur, hoc patere non possit, sic nisi ista, quae videntur minima, rescindantur, non dignatur dilectus ita venire ad animam, ut eam sensibili gratia, ac fragrantia dulcedinis suae oblectet. Abhæde iam anima mea, quod parva negligentia obscurent animam mentem, et



Amil. l. j. c. 20

impedimentum praebeant illustrationibus, ac  
consolationibus divinis. Relinque igitur  
omnia curiosa, ac universa sensuum oblec-  
tamenta. Subtrahere te à superfluis locu-  
tionibus, a novitatibus et rumoribus au-  
diendis, a inutilibus circuitionibus. Sci-  
to enim, quod facilius sit domi latere,  
quam foris se posse sufficienter custodire.  
Verè dixit Seneca: quoties inter homines  
fui, semper minor redii. Hoc sane sapius  
experiris, quando diu confabularis. O qui  
nunquam cum hoc mundo se occuparet, qua  
bonam conscientiam conservaret! O qui om-  
nia vana amputaret, ac dumtaxat saluta-  
ria et divina cogitaret, quam magnam pa-  
cem, quietem et consolationem possideret.

S. Greg. l. j.  
Epist. 6.

Considera 3. Judicia Dei valde mirabilia esse.  
Dum enim anima pia Deo vocanti ad externas  
occupationes vel invita obsecundat, ecce ejus  
dulci praesentia et consolatione destituitur;  
et quamquam mundando cordi postea insis-  
tat, ut rursus eum in cor suum introduc-  
ere possit, nihilominus ipse declinat ab ea,  
et transit. Triste est, ait Gregorius, quidquid  
aspicio, penso enim, qualiter ab alto quietis mea  
culmine corruens deiectus sum, et pro culpis  
meis in occupationis exilium à facie dominan-  
tis missus; quasi destituta vidua vocibus cum  
propheta dicit: qui consolabatur me, longè re-  
cessit à me. Sed observandum, quomodo huius-  
modi, ab anima Dei recessus fiat in ipsius  
bonum; abscondit enim Deus faciem suam ab ea,  
ne extollatur, et meritis suis adscribat, si di-  
lecto pro voto frueretur. Declinat igitur  
ab illa, ut ipsam in humilitate conservet et  
desiderium amplius excitet, et perfectius per-  
teat impleat; Cum enim anima ex declina-  
tione dilecti humiliata fuerit, tunc magis



laboriose agit, anxie requirit, quem perdidisse arbitratur, fervet ad eius amplexus, et dum fortiter tolerat consolationis subtractionem, ne cessat à bono opere, tunc augentur eius merita, et digna efficitur, ut cum tandem plenius suscipere possit, sicq; dona Dei longius differuntur, ut postea duplicata conferantur. O anima pia noli fieri pusillanimis, si Deus nonnunquam à te declinet, et suam consolationem tibi subducat. hoc siquidem tibi magis expedit, quam si suavem eius presentiam semper sentires; neq; enim merita crescunt ex consolationibus, sed ex afflictionibus et doloribus. Quam ob causam dixit Christus ad apostolos: ego veritatem dico vobis: expedit, ut ego vadam, meamq; presentiam vobis subtraham.

Jo. 16

Documenta

Sponsa tacta, ait S. Gregorius, surgit ut aperiat, quia dum spiritum dilectionis amplius solito accipit, mox de edificatione proximorum cogitat, et predicando agit, ut apertis cordibus sponsus ad inhabitandos proximorum veniens aditum intrandi inveniat. S. Greg. h.

Quid autem per manus nisi operationes, quid per myrrham nisi mortificatio carnis accipitur? manus ergo sponsa predicationis myrrham stillant, quia quicumq; alii predicant, necesse est, si multis proficere velint, ut in omni opere suo carnalem vitam mortificare contendant.

Porro pessulum ostio facimus, quando per voluptates carnis, aditum condit contra sponsum obsecramus. pessulum verò aperimus, quando remotis voluptatibus fluxis, cor nostrum in amorem Christi, quod prius durum fuerat, solvimus, et sponso pulsanti ad ostium introitum liberum facimus. Quod dum in hac carne vivimus, quia repente fieri non potest, restat ut magis ac magis quotidie faciamus: nemo enim repente fit summus. Hactenus S. Gregor.



Anima mea liquefacta est ut dilectus  
meus locutus<sup>est</sup> quasi et non inveni  
illū: vocavi, et non respondit mihi. v. 6.

*Contemplatio*  
*Commentarius.*

S. Thom. hic

» Cum à Statu actionis, ait S. Thomas, quis ad  
» contemplationē redit, Si Christū non invenit,  
» ut vult, inter cetera, quae stimulant ipsum,  
» ut Christum quærat, est memoria præterita dul-  
» cedinis; nam cum homo sentit, se aliquando in ora-  
» tione gustasse suavitatem, si postea ad oratio-  
» nem rediens non potest tantam sentire dulcedinem  
» quantam prius, ex memoria talis dulcedinis sti-  
» mulatur ad discutendum suas cogitationes, et  
» affectiones, utrum secundum eas displicuerit  
» Christo, ut possit invenire causam, quare tunc  
» non sentit illam dulcedinem, quam prius sen-  
» serat. ait itaq; <sup>sponsa:</sup> anima mea liquefacta est, prop-  
» ter suavitatem contemplationis, ut dilectus lo-  
» cutus est, q̄ hoc est, quando dilectus & in oratio-  
» ne loquebatur mihi. et quia talem liquefac-  
» tionem modo non sentio, rursus quasi dilac-  
» tum, ut eius suavitatem, degustare possem, et  
» non inveni illum. Vocavi eum affectibus et de-  
» sideriis, et non respondit mihi.

*Meditatio 56.*

Considera 1. quod anima devota liquefit ad i-  
gnem amoris et devotionis in umbrem lacryma-  
rum sicut glacies ad solem in rivus aquarum  
atq; instar cera igni admota adaptetur in om-  
nem modulum divinae voluntatis. Id exper-  
tus David. ait: factum est cor meum <sup>cera</sup> li-  
quescens; et hoc, mox ut dilectus locutus est,  
cujus sermo corda incendit amore; ignitum  
enim ejus eloquium vehementer. Ad verbū

Etanquam  
ps. 21

ps. 118.

» Sponsi, ait S. Gregorius liquefacta se dicit  
» sponsa, quia dum Christus se per Spiritum suū  
» anima desideranti se infundit omnem duri-  
» tiam cordis mox dissolvit, et aliquando men-  
» tem in tantas lacrymas liquefacit, ut vix ca-  
» pere possit hoc, quod se capere intra se exul-  
» tat. Tunc fiunt ei lacrymae ojus panes die.



ae noctes, quamdiu non conceditur illi plene frui  
 Deo unico cordis sui solatio. Tunc amara ipsi  
 efficiuntur dulcia, quia ita liquefit per amo-  
 rem, ut non curet, quidquid corpus cruciat. Imo  
 vero infelicem se existimat, si non sentiat, quod  
 carnem affligat; hinc est, quod S. Andreas <sup>† tanto</sup> cru-  
 cis desiderio flagraret, <sup>†</sup> cum eam vidisset, excla-  
 marit: O bona crux diu desiderata, sollicitè ama-  
ta, sine intermissione quasita! hinc est etiā,  
 quod S. Franciscus amore seraphico inardescens,  
 adeo erga corporis infirmitates affectus  
 fuerit, ut eas sorores suas nuncuparet. Vide  
 iam anima mea, quantum possit Christi locu-  
 tio interna, quippe qua non solum mentem  
 illuminat, inflamat, liquefacit, et totam in  
 dilectum transformat, sed etiam eam ita corro-  
 borat, ut nulla reformidet adversa, quin potius  
 cruces et afflictiones tanquam voluptates ac  
 delicias reputet. Sapins proinde dic cum Sa-  
 muele: Loquere Domine, quoniam audit ser-  
vus tuus. Loquere, ac liquefac igne divini  
amoris succende, et liquefac cor meum, ut  
totum in te transmutetur.

i Reg. 3.

Considera 2. Quod non nisi fervidi quarant  
 Deum; tepidi enim, quia virtutibus divites  
 perperam se reputant nec animadvertunt,  
 quod Deus longè ab eis recesserit, ideo ar-  
 bitrantur, non adeo necesse esse, ut affecti-  
 bus cordis sui Deum quarant; quippe qui  
 in ipsis iam inveniri possit. Verum isti sum-  
 moperere falluntur; nam licet Deus ipsis pra-  
 sens sit per suam divinam essentiam, in ipso  
 enim, ut ait apostolus, vivimus, movemur, et  
sumus; at per suam gratiam remotior est  
 ab eis, quam distet coelum à terra, quia  
 quantum propinquii sunt Deo praesentia cor-  
 poris, tantum ab eo elongati sunt fervore  
 mentis, gratia et virtutibus. Cum è conver-  
 so fervidi ac spirituales viri, non solum cor-  
 pore sed et mentis, sed et charitate ac gratia <sup>† pietate</sup>

act. 17.



intimè Deo appropinquant; at quia plenius  
ipsi uniri, ac in eum transformari cupiunt,  
ideo ipsum querere non cessant. Et quam-  
quam sapius eum invenire nequeant nec dul-  
cissimâ ejus presentia ad votum frui ipsis  
~~non~~ concedatur; nihilominus eorum deside-  
ria et conatus non careant effectu; quia  
dum illis Deus denegat suam sensibilem  
gratiam, insensibile eis tribuit, quam  
novit ipsis longè fructuosiorē fore, eò  
quod magis per hanc quam per illam in hu-  
militate contineantur, et à lapsu præserven-  
tur; hinc Paulum postulantiem à se auferri  
stimulum carnis, ut Deo quietius, ac dulcius  
frui posset, melius exaudivit Dominus, non  
auferendo, quod petebat, ut tribueret gra-  
tiam, quâ illicitos carnis motus domaret.

Apoec. 3.

Quoniam mea noli sequi turbam tepidorum,  
ne aliquando tibi exprobetur: quia dicit, quòd  
dives sum, et cocupletatus, et nullius ego, et  
nescis, quia tu es miser, et miserabilis, pauper  
et cæcus, et nudus. Potius insiste vesti-  
giis sponsæ, et quære Deum, cujus bonis ma-  
ximè eges, ac sine quo beatè vivere non potes.  
Profectò si quæsieris eum ex toto corde, procul  
dubio ipsum invenies, si non ita, ut suavam  
ejus presentia sentias, sic tamen ut ipsius  
gratiam consequaris, quâ in bonum proficere,  
ac de virtute in virtutem ire possis, donec eum  
videre merearis in coelis.

Considera 3. Cur sponsa quærens, et vocans  
Sponsum divinum non tantùm eum non inve-  
nit, sed neq; responsum ab eo accepit: for-  
tè quæsivit eum in creaturis, et ideo eum re-  
perire non meruit; Deus quippe tam stu-  
pendum ac immensum est bonum, ut etiam  
infinita multitudo nobilissimarum creatura-



rum exprimere nequeat, quantum, et qualis sit Deus. Sed nec quidquam inveniri potest cui assimilari valeat; frustra hic laborat omnis cogitatio, omnis ratiocinatio, quid quid enim ~~for~~ infra Deum est, finitum est, finiti autem ad infinitum, nulla est proportio, nulla similitudo. Verum quia in-  
 visibilia per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, et sic quodammodo per creaturarum contemplationem Deum invenire possumus; hinc alia subest ratio cur Sponsus Sponsae querenti et ~~non~~ vocanti non responderit, voluit enim per hoc Sponsae tarditatem ac desidia punire, qua videlicet Sponso prius pulsanti non statim aperuit, cui proinde congrue illud aptari potest: noluisti, cum potuisti: non potens ergo, cum voles. Et hoc ipsa sapientia incarnata comminata est: postquam enim dixisset: vocari, et venistis, extendi manum meam, et non fuit, qui aspiceret, postea subdit: invocabunt me, et non exaudiam, mane confurgent et non invenient me. Vide anima Christiana, quanti interfit, ut vocanti Deo illico pareamus, juxta illud psalmi: hodie si vocem ejus audientis, nolite obdurare corda vestra. Quapropter si interius sentis te moveri ad morum emendationem, ad majorem vitae perfectionem, hodie adhuc incipe. Noli Saecula proposita tua usque in crastinum differre, <sup>nam</sup> crastina <sup>tibi</sup> dies, est incerta. Sed <sup>ad</sup> crastinum <sup>perventura</sup>, nescis, <sup>tamen</sup> an Christus a te <sup>tunc</sup> non sit declinaturus, et transiturus. ~~At~~ postquam ejus primam vocationem respulisti. Tene igitur certum, et dimitte incertum.

Rom. 1

prov. 1.

ps. 84

### Documenta

Anima pia sentiens internam igneam Christi in mente loquentis vocem, quasi amore, et desiderio ipsius liquescit, quia amor est quasi calor, qui resolvit, et liquat cor. Sicut ergo ignis calorem



Liquat cerā, sic Christus amore liquat carnem  
mentē, omnesq; vires ejus et potentias ~~q;~~ in  
melius mutat.

5. Greg. h. 2 1. Quærit, ait S. Gregorius, Sponsa dilectū, sed  
" non invenit, quia à Deo inspirata mens astringit  
" suavitatem illā intimā perfreni concupiscit, sed cor-  
" ruptio prohibet, quā in hac vita gerit. Vo-  
" cat ergo, et non respondetur ei quia et ora-  
" tionibus et operationibus suis dulcedine illius  
" presentia satiari appetit, sed ad votū suū hoc  
" quod invocat, non occurrit.

3 1. Quotiescumq; anima casta, inquit Beda, vel egre-  
" di cupit ad Dominum, vel in carne posita quæ-  
" rit futura beatitudinis attolli desiderat, nec  
" tamen statim, quod deposuit, impetrat, tunc  
" necesse est, gemebunda dicat: quia quasi vi-  
" illum, et non inveniri, vocari, et non respon-  
" dit mihi. Invenitur namq; semper à bene-  
" quærentibus, ut misereatur, respondet semper  
" bene vocantibus, ut consulat ad perpetuam  
" salutem.

"custodes  
Invenerunt me, ~~angeli~~, qui circum-  
cunt civitatē percusserunt me, et  
vulneraverunt me: tulerunt pal-  
liū meū mihi custodes murorū. v. 7.

#### Diffusio Commentarius.

Nyssen. D. Helv.  
et alii hic

Dum Sponsa anxie quærit dilectū suū, in-  
veniunt eam ii, qui circumcunt civitatē, et sunt  
custodes murorum ejus, nempe Angeli, qui sunt  
à Deo deputati, ut invigilent Ecclesiā ac pas-  
toribus ejus, eosq; custodiant ac protegant.  
Hi igitur moti eodem zelo, quo sponsus,  
percusserunt, et vulneraverunt Sponsam,  
et tulerunt palliū ejus, hoc est, tribulatio-  
nes, et afflictiones ei immiserunt tum cor  
ejus ardentibus divini amoris sagittis laucia-  
runt, ac demum tulerunt palliū ejus, id est,

Nyssen.  
Firin.



nudaverunt eam affectibus erga res terrenas,  
vel, ut vult Isidorus, abstulerunt velum  
ab oculis ejus, ut clarius Sponsum intue-  
ri possit.

### Meditatio 57

Considera 1. Merito nonnullarum etiam pia-  
rum animarum errorem, aut ignorantiam cor-  
rigendam esse, quia minus bene afficiun-  
tur erga S. Angelos, nec student provi-  
ribus eorum opem, et protectionem in omni-  
bus suis necessitatibus implorare. Non est  
quidem culpanda eorum devotio, quam repo-  
nunt in invocatione quorundam S. Petro-  
norum, quos speciali cultu honorare, et  
amicos sibi reddere statuerunt, sed sine  
si non est preferenda, saltem minimè est  
omittenda imploratio S. Angelorum; hi  
quippe specialiter à Deo sunt ordinati,  
ut circummeant eorum Ecclesiam, et custodiant  
nos in omnibus vis nostris; hi sunt consti-  
tuti, ut auxilientur nobis in nostris necessi-  
tibus, ut <sup>nos</sup> tucantur adversus inimicos nos-  
tros visibiles et invisibiles, ut omni soli-  
tudinem invigilent salutem nostram, quatenus  
conives eorum effici, cumq; in quem ipsi de-  
siderant prospicere, tandem facie ad faciem  
in omnem aeternitatem intueri mereamur.  
Nec dubium, quin, quo ardentior nostra fue-  
rit erga eos devotio, pietas, cultus et amor,  
eò major futura sit eorum erga nos bene-  
volentia, vigilantia, protectio et auxilium;  
adeo ut tantorum ducum ac custodum ope  
adjuti aut superemus omnia obstacula, aut  
consequamur omnia animæ nostræ salutaria. 7 que sunt

S. Greg. h. 134  
Hugo Card. h.



Quapropter, o anima mea, si sapias maximam  
S. Angelis, praesertim Custodi tuo exhibe  
cultum et reverentiam, omnemque tuam fidu-  
ciam in eo colloca; Ecce enim de eius praesentia, potentia, sollicitudine, favore et di-  
lectione minimè ambigere potes, proindeque cer-  
ta esse debes, omne desiderium cordis tui, quod  
ad gloriam Dei, et ad salutem tuam collimat,  
pro voto impletum iri, si Angelum custodem  
tuum devotè ac fiducialiter invocaveris.

Considera 2. Licet Angeli nos summo opere dili-  
gant, nihilominus saepe consultum  
ducant, ut nos percutiant, imò quò ardentior  
est nostra erga Deum dilectio, eo validior est eo-  
rum percussio, quia ita percutiunt, ut etiam vul-  
nerent. Nonne sponsa valde diligebat sponsum,  
et tamen inelamat: invenerunt me custodes per-  
cuserunt me, et vulneraverunt me. Verum  
Sicut, quos Deus diligit, castigat, sic ipsi An-  
geli profectus nostri spiritualis cupidi, frequen-  
ter nos percutere amant per acerbiores internas  
inreparationes, aut etiam immissas corporis et  
mentis afflictiones, ut omnem desidiam à nobis  
propulsent, et ad magis vehementiorem fervorem nos  
excitent, atque, ut ait S. Gregorius, majori amo-  
re sagittant. Itaque dum percutiunt, etiam vul-  
nerant; nam dum electi Dei tribulationes pa-  
tiuntur, tanto magis fervent, et majori dilec-  
tionis ardore erga Deum feruntur; adeo ut cru-  
ces et afflictiones videantur pabulum et nutrimen-  
tum divini Amoris; neque enim unquam inveniri po-  
test anima aestuans incendio divinae charitatis,  
quae antea non fuerit probata igne tribulationis.  
O anima mea quam beata fores, si cum Spon-  
sa dicere posses: invenerunt me custodes, percuf-  
serunt me, et vulneraverunt me. Quid anim  
beatus, quam assimilari Christo, qui percussus  
est sicut foenum, et vulneratus est sagittis  
amoris tum erga patrem coelestem, tum erga nos.



Veniant ergo ii, quos Deus Super muros Jeru-  
 salem constituit custodas, percutiant me, et  
 vulnerent me, ut possim cum S. Augustino di-  
 cere: "Sagittaveras tu cor meum charitate tua,  
 et clamabam alto cordis mei clamore: in pace  
 in idipsum dormiam, et requiescam. O in pace!  
 in idipsum! tu es enim idipsum, qui nunquam  
 mularis, in te solo vera requies faciens obli-  
 vi uniuersorum laborum. Ah sero te amari,  
 o pulchritudo tam antiqua, tam nova, sero te  
 amari."

Isai. 62.

Considera d. Sponsam exteriori cura expositam  
 prius lotos pedes paululum inquinasse, ac coe-  
 pisse rursus officii erga res temporales, et sic  
 quodammodo resumpsisse tunicam illam, qua  
 antea se expolierat; proclive enim est, ut  
 ait S. Hieronymus, terram calcanti terra quid-  
piam agglutinari. At quia nemo indumentis  
 terrenorum affectuum implicatus potest inveni-  
 re Jesum; neq, enim quisquam eum unquam in-  
 veniet, nisi qui eum sequi voluerit, nullus au-  
 tem ipsum sequi poterit, nisi qui omnia dimi-  
 serit; hinc est, quod Angeli, qui invigilant  
 emolumento nostro spirituali, eoque studia sua  
 convertunt, et tandem Christum apprehendere  
 possimus, postquam Sponsam percusserunt, et  
 iaculis divini amoris sauciarunt, eam etiam  
 tunicam seu pallio saecularium desideriorum peri-  
 tus spoliant, menti eius obiciendo vanitatem,  
 fugacitatem, nihilitatem rerum terrearum  
 ac fortiter <sup>ipsam</sup> stimulando, ut a curis exteriori-  
 bus tantisper sepositis Sancto contemplatio-  
 nis otio unice vacet, quatenus dilectum suum  
 eo citius ac plenius invenire possit; tum ad  
 memoria eius revocant, quanta quiete, conso-  
 latione ac Spiritus dulcedine afficiantur illi,  
 qui omnia terrena despiciunt, ut nudi nudum  
 Christum sequi, et tandem divitias immortales adipisci  
 assequi valeant. Licet enim Christus nudus  
 sit terrenis scilicet affectibus, abundat tamen  
 bonis omnibus; in ipso namq, per ipsum, et ab

Epist. ad Damas.



ipso sunt omnia quo fit, ut qui ei adherent,  
etiam si nihil habeant, omnia tamen possi-  
deant. O anima mea roga S. Angelos,  
ut etiam velum ignorantia, et saecularium  
desideriorum à te auferre, et cor tuum ad coc-  
lestia dumtaxat requirenda accendere velint,  
quem favorem si ab eis obtinueris, merito  
te felicem reputare poteris; quid enim felicius  
quam ab omni spiritus inquietudine liberari,  
et summa animi pace perfui, nec non divinis  
consolationibus, qua exsuperant omnem sensum,  
abundè perfundi.

## Documenta.

<sup>disc. 6. n. 11</sup>  
<sup>sub n. 11</sup>  
1. Modus, inquit Mansi, quo sponsa excepta fuit  
ab Angelis, dum eam percusserunt, oculis nostris  
displicere videtur, non tamen displicens, aut advor-  
sus est in conspectu Dei, imo nec in oculis spon-  
sae seu pia anima, quae <sup>taliter</sup> tractatur; siquidè  
quo anima aliqua à Deo magis diligitur, et  
quo ardentius ipsa Deum diligit, tanto ma-  
gis pro eo pati desiderat.

<sup>serm. 31</sup>  
<sup>in cant.</sup>  
2. J. Bernardus pulchrè ostendit, quomodo Ange-  
lus custos vulneret animam sagittis divini amo-  
ris, discurret, inquit, medius inter dilectum et  
dilectam vota offerens, referens dona. Excitat  
istam, placat illum. Ipse est, qui in omni lo-  
co sedulus quidam pèdissequus animam non cessat  
solicitare eam, et assiduis suggestionibus mo-  
nere dicens: delectare in Dño, et dabit tibi  
distui.

3. Hanc S. Angeli pro aliis sanctis habent pro-  
rogativam, quod non solum nostri sint advo-  
cati et intercessores, sed etià specialiter à Deo  
deputati custodes, duces, coadiutores, ac minis-  
tri salutis nostrae, nobisque semper presentissi-  
mi; ideo palam est, quod bonum fieri animam  
quam corporis nostri magis promovere possunt,  
quam alii sancti in coelo, vnde sapienter  
aget, quisquis totam fiduciam suam post Deum  
ac B. Virginem in eis reposerit.



136

Licet Angeli omnes sint administratorii Spiritus; in specie tamen aliqui officium eorum sic explicant: ut Angelorum quidem munus sit, ut nos custodiant; Archangelorum ut in divina lege, mysteriisque, coelestibus nos erudiant; Principatum, ut vitam nostram gubernent, et recte ordinent; Potestatum, ut rebellium spirituum insultus a nobis propulsent; Virtutum, ut ad virtuose operandum nos stimulant; Dominationum, ut ad inordinatas passiones superandas vias sufficientes nobis subministrent. Thronorum, ut nos in bono coepto stabiliant. Cherubinorum, ut mentem in divina sapientia illuminent. Seraphinorum, ut corda nostra divina amore succendant.

4 Hebr. i.  
Mansi  
Tr. 6. disc.  
1. n. 27.

Adjuro vos, filia Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nuncietis ei, quia amore languens. ~~languens~~. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus, quia sic adjurasti nos? v. 8. et 9.

Commentarius

Postquam sponsa lauciata fuit saculis divini amoris, ac spoliata charitate terrenis affectibus, incepit inardescere, erga dilectum Seraphicis amoribus, ac praeter desiderio ejus liquefieri; unde conversa ad filias Jerusalem id est ad animas pias, ut voluit Cassiodorus Beda, Richardus et alii eas obtestata est: dicens: adjuro vos & anima devota quando devotionis gratiam praesertim habueritis dilectum meum, nunciate ei, quia amore languens, hoc est, intercedite pro me apud eum, illi exponentes ardentissimum desiderium meum potiendi eius optatis amplexibus. Verum respondent ista filia Jerusalem, et quaerunt ab ea: qualis est dilectus tuus ex dilecto, id est pro dilectis, o pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus, quia sic adjurasti nos? Bis petunt, qualis sit dilectus, quia amantes de eo quem desiderant, et diligunt libenter loquuntur. Adjuratio vero sponsa denotat dilectum ipsius mirabiliter esse pulchrum, ac formae excellentissimam, propter quem scilicet invenendum ita ipsa

Ticin. Cornel.  
à lap. et alij

ai adhaerent  
tamen populi  
ss. Angeli  
locularium  
hum ad ce  
dare velint  
aris, merito  
denim filii  
tudine libe  
e non divi  
A omne dicit  
a excepta  
t oculis not  
licens, aut in  
in oculis sp  
pae; signifi  
ligitur, et  
it, hacten  
omodo dicit  
is divini am  
e dilecto  
nas. Ceteru  
ui in omni la  
nae non esse  
tionibus mo  
tibi  
potestates ve  
labat p  
i sint d  
ialiter d  
es, ac min  
pro castis  
per anim  
ere popu  
pauca  
a post d



adjurat filias Jerusale.   
 Ceterum Hugo Cardinalis. Bellus per istas fi-  
 lias Jerusalem intelligunt Angelos, quos prius cus-  
 todes sponsa nuncuparet et qui omni hora ut  
 ait s. Benedictus, dieta et facta nostra Des-  
 renuntiant. Hos, inquit, sponsa obtestatur  
 ut divino sponso ardens suum desiderium illi  
 magis renuntient. Alii vero, quos cum Delrio, Ti-  
 rino, Correl. à lap. sequimur tam Angelos, quam  
 devotas animas huc accipiunt.

Reg. c. 7.

7 diligendi

### Meditatio 58.

Considera si, quod ea verba, quibus nunc usa  
 est sponsa usurpare solcant anima pia, quan-  
 do incendio divini amoris inflammari se sentit.  
 tunc enim sublatis in coelum oculis ad s. An-  
 gelos voce suspirans, ~~et~~ et aiunt: O filia  
 Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, nuncia  
 te ei, quia amore languesco. O angelica mentes  
 celestis sponsi mei sodales, quae omni hora, quae  
 circa me agatur ~~et~~ renunciatis, cum veneritis  
 ad eum, dicite ei, quia pro amore illius tabesco  
 et deficio; sine Jesu meo esse nolo, ipsum solum  
 quero, ipsum solum desidero; et, si eo frui nequeam  
 nisi cruce, bestiae, contractio ossium, membrorum  
 divisio, et totius corporis contritio, ac tota tormen-  
 ta diaboli in me veniant, haec omnia libenter  
 patiar, tantummodo id assequi possim, ut cum  
 videre, ac dulcissimam eius praesentiam frui merear.  
 Scio equidem, quod nemo terrenis simul ac coeles-  
 tibus deliciis potiri queat sed iam pridem ter-  
 rena solatia despecti, et à voluptatibus hujus  
 saeculi me elongari fugiens, ut dilecto meo in  
 silentio et quiete vacare ejusq. amoris insistere  
 valem. cur ergo faciem suam tandem à me ab-  
 condit? O quando tandem veniet, et apparebit  
 michi, aut quando ipsum inveniam. Ecce ta-  
 lia sunt suspiria anima amore inardescens  
 erga divinum sponsum, quae licet eo ad votum  
 tunc non fruatur, nihilominus ita languendo  
 veluti in sinu eius suaviter requiescit, ac magis  
 dulcedine afficitur, quae eo major est, quo magis  
 mens languet, et deficit. O anima mea, adni-

S. Ignat.  
 Mart.

2. 54



tere, ut in te magis crescat amor divinus, quatenus etiam dulce huius languoris experimentum sentire merearis; Semper proinde delectare in Domino: jugiter clama et suspira ad eum, veniens consolari in istis terrenis; Obtestare etiam filias Jerusalem, sanctos nempe Angelos, animasq, devotas, ut suis precibus à Deo tibi impetrent vehementius desiderium Deum super omnia diligendi, quatenus etiã sapius cum sponsa ingeminare possis: O filia Jerusalem si inveneritis dilectum meum, nunciate ei, quia amore langueo.

ps. 36.

Considera z. quod sponsa non solum s. Angelos, sed etiam devotas animas in adiutorium suum advocat; ista enim pia mentes verè sunt filia Jerusalem ex Deo nata, et ad visionem futurae pacis pertinentes, inquit Richardus; Has itaq, sponsa adjurat, ut cum invenerint, id est per gratiam devotionis presentiam dilecti senserint, amorem suum ac desiderium erga eum illi exponant, et pro se preces offerant; iste enim mos est animarum, qua Deum amant, cumq, ardentius diligere, ac illi magis placere cupiunt, ut prius quidem per se Deum querant, et inflammando cordi amoris divini <sup>studio</sup> ~~admiraculo~~ insistant; Deinde etiam piarum mentium orationes expectant ut majori ardore in Deum ferri possint; Dum enim istarum precibus admodum se commendant, contingere solet, ut tanto certius suis desideratis votis compotes fiant, Deo ita remunerante eorum humilitatem, ac maxime mutuam charitatis consensum; quia, ut inquit Christus, si duo ex vobis consenserint, super terram, de omni re, quamcumq, petierint, fiet illis à Patre meo, qui in caelis est. ubi enim fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Rich. à S. Vict.

Matth. 18.

Disce hinc anima mea devotarum mentium preces postulare, ut quod per te obtinere nequis, per ipsas impetrare valeas. Et de hoc ipse semel Deus te admonere videtur, dum amicos Job ad eundem Jobum misit, ut is pro ipsis oraret, quod cum fecisset, Suscepit Dominus faciem Job, id est,

Job. c. 42.



7 ipsi

exaudiit orationē eius, Vides, quā potentes  
sint preces fervorum Dei, ut postulata facili  
referant, si à nobis pulsati pro nobis apud  
Deum intercedere dignentur.

Considera 3. Quomāmodum Sancta anima à Spon-  
sa rogata, ut precibus suis eam adjuvent in-  
quarando dilecto, de istius prerogativis seu pra-  
cellentiis eam interrogant, atq; ab ea scire cupi-  
ant, qualis sit dilectus, ipse illi cuius amore  
lanquet, non quod hoc ignorant, sed ut, <sup>ei</sup> habeant  
occasione laudandi dilectū, cuius anxia propalandi-  
tum etiam, ut vehementiore ex comēratione sin-  
gularum sponsi perfectionū flammā amoris in cor-  
de sponsae accendant; tum deniq; ut se ipsas, non  
etiam in auditione laudum sponsi ~~dilectae~~ <sup>dilecti</sup> ~~dilectae~~ <sup>dilecti</sup>  
sent, et in eiusdem amorē magis se inflamment;

Matth. 18.

Solent enim devoti, cum de Deo loquenti conve-  
niunt, mutua collatione magis in Deū accendi;  
Siquidem Deus in medio illorum est, qui propter ip-  
sum congregantur, et de illo loquuntur, ac provin-  
de isti divinis igni ita propinqui ejusdem flammis  
necessario ardere debent. Disce hūc anima tua  
de Salvatore tuo crebra in congressibus miscere  
colloquia, aut saltem frequenter, meditando, oran-  
do, legendo ruminare, quis, qualis, et quantus  
sit Sponsus tuus, puta Christus Deus et redemp-  
tor tuus, ut ex pleniori bonitatis, magnitudi-  
nis, potentiae, Majestatis et gloriae ejus co-  
gnitione assurgas ad majorem ipsius admira-  
tionem, venerationem et amorem; ne alioquin  
si per ignaviā animi ac solertiā auctore tuum  
nunc agnoscere negligis, aliquando ab eo iustissi-  
mè repellaris, cum cum maximè agnovisse vel-  
les, tibi dicatur: clausa est janua: nescio vos:

Matth. 25.

1. Cor. 13.

Siquidē juxta Apostolū: qui ignorat, ignorabitur.

### Documenta

"Dum Sanctis viris, inquit S. Gregorius, cogitationes nos-  
tras referamus, dum eis sive viventibus nobiscū, sive iam  
vitam aeternā ingressis desiderium nostrū expandimus, et



per Deum oramus ut Domino Christo pro nobis orando offerant desiderium, quo afficimur, quid aliud agimus, quam filias Jerusalem adjuramus, ut dilecto, cui nobis proximiores sunt, nuncient, quia amore lanqueamus.

Amore Lanqueo idem est, quod amore deficiet et tabesco ab dilecti absentia ex nimio ejus desiderio. Lanquor iste Deo gratissimus est; unde sponsa nihil aliud nunciari jubet, quam amore lanqueo; in hoc enim omnia ejus vota continentur, quae ex hoc ipso lanquore satis superq, intelliget Sponsus.

Quo magis captatur affectus, ait S. Ambrosius, eo amplius amor crescit, et quo diutius abest, qui desideratur, eo expectantis desideria majore quadam vi amoris ignescunt. Hinc colligere possumus, quid sit: Defecit in salutem tuam anima mea, quoniam qui adhaeret Deo unus Spiritus est. Itaq, sanctus et timens Deum nescit aliud desiderare, nisi salutare Dei, quod est Christus Jesus; illum concupiscit, illum desiderat, in illum totis intendit viribus, et hoc solum veretur, ne illum possit amittere.

in ps. 118.  
oct. 11. v. 1.

Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus. c. 9. v. 10

Commentarius

Sponsa ad interrogationem filiarum Jerusalem de dilecto amplius inflammata speciem eius, ~~et~~ ~~deficiet~~ ~~liberata~~ ~~et~~ ~~illata~~ enarrare incipit, dicens: dilectus meus candidus, et rubicundus, Candidus, quia candor lucis aeternae, et ab omni peccato est immunis. Rubicundus, quia in passione sanguine suo est perfusus; Electus ex millibus, quia praececlit omnibus sive angelis, sive hominibus.

Rich. à S. Viet.  
Hugo Card. et alij

Meditatio 59

Considera s. quod Candor innocentia seu munditia denotat, unde Isaias ait: Si fuerint peccata vestra sicut coecinum quasi nix dealbabuntur. Sponsus igitur coelestis candidus dicitur, quia immunis fuit ab omni prorsus peccato; Et hunc candorem, ac vitam puritatem, dum conversaretur in terris, nobis manifestare voluit, ut sciremus, qualiter ad ipsius ex-

Isai. i.



plum conversationē nostrā instituere, et quā  
Sanctam ac innocentem vitā nos agere oporteat.

O si candorem istū Domini nostri Jesu Chris-  
ti serialis mente ~~per~~ expendere-  
mus, quanta admiratione, quantoque amore in eum rapere-  
mur, tanto magis, cum etiā Angeli, qui alias sunt  
candidissimi, et purissimi in eum prospicere deside-  
rent. Verum quia plerumque nihil admirari so-  
lemus, nisi quod afficit sensus; hinc fit, ut ineffa-  
bilem coelestis Sponsi candorem, cum sit merè spi-  
ritualis, non magis faciamus, aut parum idoneū  
arbitremur, ut cor nostrum amore erga eum move-  
re possit. Grandis sanè error; cum enim Sponsus  
Christus Dominus Sponsam suam totam pulchrā  
nuncupet, ac propterea eam summe diligat, eo quod  
candore, ac munditie cordis prædita sit, manifeste  
fit, quod candor anime vera sit pulchritudo, quæ  
ab omnibus amari debet. Quis ergo fieri potest,  
ut nos candorem in anima Christi, qui tanti est  
splendoris, ut omnis pulchritudo tam angelorum,  
quàm beatarum animarum ei collata profus  
evanescat, non admiremur, non <sup>assidue</sup> contemplemur,  
non diligamus, ac quasi nihil esset, haud quid-  
quam de eo cogitemus? Hæc ignorantiam! hæc  
cocitatem!

7 ardentem

O anima fidelis aperi obsecro o-  
culos mentis tuæ, et vide, quod spiritualia  
longe majorem candorem, ac pulchritudinem in  
se contineant, quam corporalia. Et licet hujus-  
modi pulchritudo nullis sensibus attingi possit,  
non propterea minus amabilis, ceptanda est, imo  
ea tanto magis nostrum amorem in se rapere de-  
bet, quanto sublimior est ipsis sensibus. Admi-  
rare igitur candorem Christi, atque in ejus contem-  
platione animus tuus prorumpat erga ipsum in ar-  
dentes amoris affectus. Ad hæc non tantum am-  
mireris, sed etiam imiteris, ut sicut in ore Chris-  
ti non est inventus dolus, sic nec in tuo inve-  
niatur, et sicut ille peccatum non fecit, ita  
neque tu aliquod unquam admittas.

1. Pet. 2.

Considera 2. Sponsum nostrum non solum candi-  
dum, sed et rubicundum esse, quia in passione



fuit sanguine suo conspersus, et toto corpore cruentatus. Sed si candidus, id est, purus, immaculatus, et innocens, ac proinde amabilis super amorem mulierum, quare erga in eum fremuerunt gentes? cur ab eis vulneratus, crucifixus, et occisus? Quid commisit dubiosissime Jesu? quae fuit culpa tua, ut tam acerbè tractari ~~mereretur~~ <sup>mereretur</sup> quod malum perpetrarunt sanctissima membra tua ut tanta crudelitate lacerarentur? Respondet Isaias; quia vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Respondet etiam

2. Reg. 1.

psal. 2.

Isai 53

ibid.

Pater: propter scelus populi mei percussus cum. Respondet quoque ipsemet dilectus: animam meam pono pro ovibus meis. q. d. Sanguinem meum pro fundo <sup>ac</sup> mortem subeo, ut expiam <sup>omnium in me credentium</sup> ~~omnium~~ ~~delictorum~~ delicta, ipsisq; vitam aeternam promereri possim.

Vide anima mea, quam ineffabilis sit charitas sponsi coelestis erga nos viles creaturas suas, majorem enim charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ergo mi Jesu nihil admisisti, propter quod rubicundus in passione factus es, nisi quia me nimium amasti; amor igitur tuus erga me, in tam miserandum statum te redegit, ut à planta pedis usq; ad verticem non esset in te sanitas. O dilecte fili Dei quanta potuit charitas tua; quousque descendit benignitas tua! Video te quidem nudum, ac cruore perfusum, totoq; corpore laceratum, sed simul etiam intueor te circumvestitum, et inflammatum amore erga me pauperem et inopem. O anima mea si haec charitas Salvatoris tui te non moveat ad mutuum amorem, profecto aut modica fidei, aut durissimi cordis sis, oportet. Roga igitur Deum, ut mentem tuam lumine fidei magis illustrare, atq; cor tuum charitatis igne emollire, ac succendere dignetur.

Jo. 15

Isai. 5.

Considera 3. Sponsum divinum dici electum ex millibus multis ex rationibus. 1. quia mediator noster assumptus est ex omni numero tam Angelorum, quam hominum, Vide de ipso Pater ait:

itueri, et qua  
gere oportet  
tri sem  
emus, quae  
cum rapere  
ui alias sub  
mpropiare dicit  
hil admirari  
ac fit, ut in  
um sit m  
et parum d  
erge cum  
am enim  
totam pulch  
diligat, ut  
a sit m  
mlebrat  
ergo fieri p  
i, qui te  
n angelor  
labe profu  
atemplam  
haud qu  
antian' le  
eri offere  
spiritualia  
britudinem  
licet huius  
attingi p  
fada est  
le rapere  
libus. D  
in eius  
a iustis  
tantum  
in ore  
e in tuo  
on fact



Matth. 5.

Ps. 44

Jap. 7.

\*aliis prior

hic est filius meus in quo mihi bene complaui.

2. quia non solum est speciosus formam patris

filiis hominum sed etiam speciosior sole, et

super omnem dispositionem stellarum invenitur

\*purior; ipse enim est emanatio quadam clari-

tatis omnipotentis Dei. 3. quia eius sancti-

tas, benignitas, praestantia, pulchritudo, sapien-

tia, potentia super multis paradansis superant

sanctimonia, decorem excellentiam aliasque perfec-

tiones omnium Angelorum ac beatorum hominum.

4. quia non tantum super omnes est candidus et

rubicundus, sed etiam cunctos in se credentes suo

sanguine purpurat, ac patri suo reconciliat, de-

os in Baptismo et poenitentiam a peccatis omnibus

per gratiam suam abluit, purosque et sanctos, imo

martyres, ac in adversis quibuslibet exultantes et

fructus iusta illud Pauli: gloriamur in tribulatio-

nibus. 5. denique quia ipse solus est, qui sanctos

in coelis coronat, quocirca cum ita de pingit Es-

dras: et in medio eorum, inquit, erat juvenis statu-

ra celsus, eminentior omnibus illis, et singulis

eorum capitibus imponebat coronas... ipse est

filius Dei, quem in saeculo confessi sunt. Vide

iam anima fidelis quanta tibi adsint illicia,

ut unice diligas Christum sponsum tuum. Intuere

quam merito ille tibi esse debeat electus ex

millibus; Quapropter si mundus cum mille sode-

libus suis te provocet ad conquarendas ejus deli-

cias, ac vanitates, dic illi cum S. Agrebe: "Dona

Rom. 5.

Lib. 4. c. 2.

S. Ambrosius  
epist. 34.

"De a me pabulum mortis quia iam ab alio ama-

"tore praeventa sum, qui longe te nobilior, qui

"anulo fidei tua subaravit me, cuius est aspectus

"pulchrior, amor suavior, et omni gratia elegantior,

"Cui Angeli serviunt, cuius pulchritudine sol et

"luna mirantur, cuius odore reviviscunt mortui,

"cuius tactu sanantur infirmi, cuius opes nun-

"quam deficiunt: Ipsi soli servo fidem, ipsi

"me tota devotione committo.



11 Candidus, et rubicundus, ait S. Gregorius Christus  
 esse perhibetur, quia nullum omnino peccatum  
 faciens iustitiâ pulchritudinem ex integro tenuit  
 et tamen tanquam peccator esset, ad mortis passio-  
 nem accessit; cui per Prophetam dicitur: quare er-  
 go rubrum est indumentum tuum? Electus vero  
 est ex millibus, quia ex totius generis humani  
 massa nullus sine peccato reperitur, ipse vero  
 non solum sine peccato fuit, sed etiâ peccatores  
 sua iustitiâ et sanguine redemit.

S. Greg. h.

2 Si divinam Christi naturam spectemus, tunc dicitur  
 candidus, quia est candor lucis aeternae, et speculum  
 sine macula Dei maiestatis, et imago bonitatis illius.  
 item splendor gloria et figura substantiae eius. Sap. 7.  
 Rubicundus vero nuncupatur, quasi rubeans amore,  
 quia divinum unâ cum patre spirat amorē nempe  
 Spiritum Sanctum. Hab. 17.

3 Ceterum anima sancta candida est per fidem, rubicun-  
 da per charitatem. Rursus candida per innocentiam  
 rubicunda per patientiam, ideoq; electa ex millibus,  
 vix enim unus est mille hominibus si si omnes qui  
 in mundo sunt computes: ad veram sanctitatem  
 et patientiam perfectionem asurgit. Vel dicitur elec-  
 ta ex millibus, quia ipsa, quae ita candida est, rubicun-  
 da salvabitur, dum mille, qui hunc candorem et  
 ruborem non curant, damnabuntur.

4 Tres Patres apud Theodoretum aiunt, quod Christus  
 sit candidus illis, qui ab omni peccatorum sorde mun-  
 dati sunt, rubicundus illis, qui per tentationes, ut  
 igneus auri fulgor, probati fuerint; electus vero ex  
 millibus, qui per abstinenciam et tolerantiam pur-  
 gati nullum in se ipsis humanum continent vitium.

Caput eius aurum optimum, Coma  
 eius sicut elata palmarum,  
 nigrae quasi corvus c. s. v. 11.

Commentarius.

Nota 1. Caput Christi secundum divinam naturam Deus  
 est, inquit J. Paulus. Dicitur vero aurum, quia  
 sicut aurum omnia metalla, sic Deus omnia creata  
 1. Cor. 31.

Bene complan-  
 us formâ pro  
 isior salu-  
 aru inva-  
 quadae elec-  
 quia eius  
 libitudo, ip-  
 asangis ju-  
 n elias  
 eatoru homi-  
 es est candid-  
 las creden-  
 reconcilia-  
 peccato  
 l sacro  
 et exultan-  
 in tribu-  
 est, qui  
 ha depin-  
 t juveni  
 et prop-  
 nes...  
 juat. Sic  
 finit illi-  
 tu. Sacer-  
 et electus  
 cum mille  
 edas ep-  
 Agrele  
 m ad ali-  
 nobilio  
 upus est  
 thia eleg-  
 tudine sol-  
 cum motu  
 ins spes  
 fidem



Termin. h.

in cant. c. j. v. jo  
vid. Veron. h.

in infinitum transcendit. Secundum tamen naturam humanam per caput hic intellige mentem, et per aurum sapientiam, siquidem in sacra scriptura aurum symbolum est sapientiae teste s. Gregorio, Fromondo et alio. Nota 2. Coma seu crines capitis sponsi elatis, id est, ramusculis et fructibus palmarum comparantur, quia sicut isti numero sunt quasi infiniti, et deorsum versus terram propendent, sic cogitationes, consilia, iudicia, cura, et opera Christi, quae sunt innumera deorsum ad creaturas se demittunt, ut eis se communicent. Ista autem elata seu cogitationes Christi dicuntur nigrae quasi corvus, ut denotetur obscuritas, ac profunditas iudiciorum Dei. Sensus autem iste est. Ideo dilectus meus electus est ex millibus, quia caput eius est aurum optimum tum propter eius divinitatem, tum propter eius infinitam sapientiam. Coma eius capitis eius sicut elatae palmarum, quia cogitationes eius semper sunt intentae in bonum nostrum, et in nos derivant innumera beneficia, nigra tamen sicut corvus, hoc est, obscura, et à nobis investigabiles, iudicia enim Dei abyssus multa.

### Meditatio 60

Considera 1. quam nobilis et exaltatus sit Christus, qui tam inestimabile ac sublime caput habet, quid enim deo pretiosius, quid nobilius quid excellentius? Deus est, inquit s. Bernardus, quo nihil melius cogitatur: ipse est summa beatitudo, incomprehensibile bonum, medullitusque amandum: ipse est in magnitudine immensus, in virtute omnipotens, in bonitate summus, in sapientia inestimabilis, in pulchritudine super omnia desiderabilis, in dulcedine ineffabilis, absque fine et principio aeternus, sine extensione omnia implens, sine situ ubique praesens. Ipse est ex omni parte perfectus, in eo quippe omnis gradus nobilitatis, excellentiae, virtutis, decoris, celsitudinis, benignitatis, magnificentiae, aliarumque



perfectionum continetur, nihilq; in eo est quod amplius perfici possit, quia omnia sunt et in illo infinita et prorsus immensa. Ipse prae-  
 rea est ex quo omnia, per quem omnia et in quo omnia, quidquid enim suavitatis, quidquid voluptatis, quidquid jucunditatis, quidquid dulcedinis, quidquid bonitatis ulla in creatura reperiri potest, id omne ab ipso derivatur, et ultra omnem modum in eo invenitur. Vere magnus Dominus et laudabilissimus, et magnitudinis ejus non est numerus.

Rom. 11

ps. 249

Cogita iam anima fidelis, quam amabilis et desiderabilis sit Christus, cujus caput est Deus, qui est tam admirabile, ac ineffabile bonum, ut merito non mirari nequeamus, qui fieri possit, ut ipse tam parum à nobis ametur, atq; ita infamemus, ut licet sitis ardore erga delectabilia astuemus, malimus tamen unam vel alteram guttulam mundanorum gaudiorum torrenti omnis voluptatis, et occurrere omnium bonorum praesferre. O anima mea, ausculta, obsecro, monitis sponsi tui: Suadeo tibi inquit, amere à me aurum ignitum, et probatum. Hoc aurum est ipse Deus, quem, ut possidere valeas pretium orationis, poenitentiae mortificationis et dilectionis ei offerre debes, et tunc veras ac immortales divitias & deliciasq; obtinebis potis.

apoc. 3  
Cornel. à  
Lap. hic

Considera et quod Caput Christi non solum sit aurum optimum propter suam Deitatem, sed etiam propter ejus ineffabilem sapientiam, que attingit à fine usq; ad finem, à summo usq; ad infimum, et disponit omnia suaviter. Nae mirum, quod Christus tanta sit praeditus sapientia, siquidem ipsemet est ipsa incarnata sapientia, de qua tam praecelara in libris proverbiorum et sapientiae dicuntur, quas cum impensè desideret se nobis communicare petit, ut ei pateamus cor nostrum, ac hisce verbis nos ad se

Sap. 8

dum hanc re  
 intellige ma  
 in in sacra  
 tie teste  
 ta r. Con  
 ramusculis  
 quia sunt  
 et deofra  
 lioner, confli  
 que sunt con  
 amittunt, ut  
 le san cogit  
 corvus, ut  
 iorum dei.  
 meus elab  
 est aum  
 atem, fun  
 me omni cap  
 cogitatione  
 in, et in nos  
 hanc finit  
 investigab



prov. 8.

invitat. O viri ad vos clamito, et vox mea ad  
 11 filios hominum; Et ut mentes nostras vali-  
 12 dis simul ac suavibus nexibus ad se trahat,  
 13 suas prerogativas ita nobis exponit: "per me  
 14 reges regnant, et legum conditores justa decer-  
 15 nunt, per me principes imperant, et potentes  
 16 decernunt justitiam. Ego diligentes me diligo,  
 17 et qui mane vigilant ad me, invenient me.  
 18 Mecum sunt divitiae, et gloria, opes superbae,  
 19 et justitia. Melior est enim fructus meus au-  
 20 ro, et lapide pretioso, et gemina mea ar-  
 21 gento electo. In viis justitiae ambulo, in  
 22 medio semitarum judicii, ut ditem diligentes  
 23 me, et thesauros eorum repleat, et deliciae mea  
 24 esse cum filiis hominum. Nunc ergo  
 25 filii audite me; beati, qui custodiunt vias  
 26 meas. Audite disciplinam, et estote sapientes,  
 27 et nolite abicere eam. Beatus homo, qui au-  
 28 dit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie,  
 29 et observat ad postes ostii mei, qui me inven-  
 30 rit, invenient vitam, et hauriet salutem a Domino.

Sap. 8.

Quis iam haec seriâ mente commeditans  
 non accendatur amore erga hanc divinâ sa-  
 11 pientiam, dicatq; cum sapiente: "Proposui ergo  
 12 hanc adducere mihi ad convivendum, sciens,  
 13 quoniam mecum communicabit de bonis: ha-  
 14 bebo per hanc immortalitatem: intrans in do-  
 15 mum meam conquiescam cum illa; non enim  
 16 habet amaritudinem conversatio illius, nec  
 17 fastidium convictus illius, sed letitiam et gau-  
 18 dium. Hanc igitur amari, doctrix est  
 19 enim disciplina Dei, et electrix operum illius.  
 20 Et si divitiis appetuntur in vita, quid eam  
 21 locupletius, quae operatur omnia? et si  
 22 multitudinem scientiae desiderat quis, scit  
 23 praeterita, et de futuris aethimat. scit versuti-  
 24 las sermonum, et dissolutiones argumentor-  
 25 um. Signa scit, antequam fiant, et eventus



7

temporum. Propterea itaq; illam regni et sedibus  
 et divitiis nihil esse duxi, nec comparari illi la-  
 pidem pretiosum, quoniam omne aurum in conspec-  
 tu illius arena est exigua, et tanquam lutum es-  
 timabitur aq; argentum. Super salutem et  
 pacem dilexi illam. Veniunt autem mihi om-  
 nia bona pariter cum illa. O anima quem  
 valida habes hic illicia et incitamenta ad uni-  
 cū diligendum Christum Dominum, si haec singula  
 qua de ipso dicuntur animo meditabundo expon-  
 dere volueris.

Considera 3. Comas Capitis Christi, seu innum-  
 meras ejus cogitationes, consilia, curas, et opera,  
 quibus erga Angelos et homines occupatur,  
 providam ejus eamq; infinitam providere sapi-  
 entiam, qua videlicet sine ulla labore ren-  
 git universa, qua sunt in coelo et in terra,  
 à Supremo Angelo usq; ad minimum vermicu-  
 lum; ipsi namq; cura est de omnibus, adeo  
 ut nec ullus passer sit in oblivione coram  
 eo, imo omnes capilli capitis nostri ab ipso  
 numerati sunt. Sic vero interdicit singulis  
 creaturis, ac si vacaret à cunctis, et sic interdicit  
 simul omnibus, veluti si vacaret à singulis.  
 Ipse itaq; omnia operatur, cum sit causa om-  
 nium motionum corporalium et spiritualium;  
 nihil enim fit sensibiliter, aut invisibiliter,  
 ad quod ipse non concurrat secundum ineffabi-  
 les sapientiae suae rationes. Et licet non intel-  
 ligamus, cur hoc vel illud fiat, minus tamen  
 non est. cō quod ejus cogitationes, et operatio-  
 nes sint nigrae seu obscura, et à nobis pro-  
 fusus investigabiles; nam sicuti qui putei profun-  
 di ima à longe pervidere tentat, nihil videt ni-  
 si obscuritatem et nigredinem, sic qui profunda  
 sapientiae divinae consilia scrutari ausus fuerit  
 veritus, videbuntur illi omnia obscura, et te-  
 nebris obvoluta, opprimeturq; à gloria Majesta-  
 tis ejus. O anima mea Scito, quod via Domini  
 sicut abyssus multa; neq; enim Deus esset, si ju-  
 dicia et opera eius à nobis pervestigari possent.

prov. 25



Quamquam igitur in hoc mundo multa minus  
 recte fieri videantur, omnia tamen sapienter  
 à Deo sunt ordinata; nam sicut universum  
 orbem infinita fundavit sapientia, sic eundem  
 non minori gubernat prudentia: <sup>ad</sup> qua si atten-  
 ta considerate ~~valueris~~, <sup>attendas,</sup> securi et tranquille  
 te omni eventui committes; Siquidem, uti vides,  
 nihil fieri potest, nisi ipse Deus ita velit, ut  
 fiat, et quia te magis diligit, quam ulla ma-  
 ter unigenitum suum, ideo nihil tibi evenire  
 sinet, quod revera sit malum, aut tibi non coo-  
 peretur in bonum. O sapientia infinita,  
 qua statuis, et disponis universa in numero, pon-  
 dere et mensura, eadem, obsecro, ratione dispone  
 omnes res mentis meae, augens in ea numerum di-  
 vinarum illustrationum, pondus ferventium affec-  
 tionum, ac superfluentem mensuram gratiarum  
 tuarum.

### Documenta

Quandocumque verba Sacra Scriptura, qua pae-  
 to 2<sup>do</sup> adducta sunt in quibusdam satis obs-  
 cura videantur, ideo, <sup>ut ea dilucidantur, de pietatis</sup>  
 flamma magis accenduntur, <sup>huius apponere</sup> brevem hanc paraphrasin <sup>ea dilucidare</sup>  
 voluimus:

O viri! Sunt verba incarnata sapientia seu  
 Christi: O viri, o filii hominum, vos estis,  
 ad quos clamo, vos estis, quos invito; venite  
 ad me, et ego vos pietate et justitia, prudentia  
 et sapientia reficiam; per ego enim sum, per  
 quem reges regnant, et legum conditores iusta  
 decernunt, ego sum, per quem principes impe-  
 rant, et iudices inviolate administrant justi-  
 tiam. Ego sum, qui diligentes me diligo, et  
 qui tempestive me quaesierint, invenient me,  
 qui vero me invenerint, obtinebunt abundantiam  
 omnium bonorum, in me enim vera sunt divi-  
 tia, gloria honor, opes excellentes et deliciae,  
 inestimabiles, ac omnium virtutum <sup>thesauri</sup> ~~conferentia~~  
 Innumeris sane nominibus melius est me possi-  
 dere, quam omne aurum et argentum omnemque

et omnibusq; bo-  
 nis locupletabo,



Lapidem pretiosum, verbo, quam omnia bona creata.  
In viis justitiae ambulo, ut eos, qui veniunt ad me,  
ducam per semitas aequitatis et sapientiae, illorum  
possessione bonorum vere desiderabilium divites fa-  
ciam. Ah videte, quod delicia mea sint, esse cum  
filiis hominum.

Nunc ergo filii, auscultate mihi, et venite ad  
me. Beati enim, qui me audiunt, et acquiescunt  
consiliis meis. Probe expendite, quid vobis con-  
sueam. Agite sapienter, et attendite, quem pro vestro  
dilecto habeatis. Beatus Saxe, qui mihi cor  
et aurem praebeat, atque magno me amplexandi desiderio  
tenetur, ac instar vigilantissimi amatoris me qua-  
rit, quia, qui me invenerit, inveniet vitam, et lau-  
riet salutem, omne scilicet bonum à Domino.

Proposui ergo, ita quilibet nostrum amore succen-  
sus erga Christum seu divinam sapientiam se resol-  
vat ~~debet~~ / proposui, inquam, hanc adducere mihi  
ad convivendum, ut nimirum ejus familiari con-  
versatione fruatur. Sciens, quod tunc participo effi-  
ciar omnibus bonis ejus; nam in futuro quidem  
habebo beatam immortalitatem, hic vero abundantiam  
spiritualis dulcedinis perfundar; intrans enim cu-  
biculum mentis meae suaviter conquiescat cum illa  
dulci vacans contemplationis otio; non enim ha-  
bet amaritudinem conversatio illius, nec tardium con-  
victus illius, sed letitiam et gaudium.

Hanc igitur summe amavi quia <sup>ipso</sup> amantibus secre-  
ta sua et arcana manifestat, illorum mentem illu-  
minat ut sciant, quid eligere, aut quid reprobare de-  
beant. Quod si quis divitias amet, eam dumtaxat  
quarant; ipsa quippe est scaturigo omnium divitiarum,  
quia ab ipsa omnia et in ipsa sunt omnes thesauri  
sapientiae et scientiae absconditi. Et si quis multarum  
rerum peritiam desiderat: haec antiqua et pra-  
terita, et futura novit: haec sermonum strophas callet,  
et enigmatum explanationes; signa et prodigia praes-  
tat, eventusq; tempestatu et temporum.

Proposui igitur illa sceptris et thronis et divitiis ac  
lapides pretiosos nihil esse duxi in comparatione  
illius, quoniam omne aurum in conspectu illius arena  
est exigua, et tanquam lutum aestimabitur argentum. Idcirco  
ea magis amavi, et optavi, quam corporis sanitatem, robur  
et decorum. Cum illa autem venerunt mihi omnia bona.



Oculi ejus sicut columba<sup>us</sup>, per rivulos  
aquarum, qua lacte sunt lota, et  
resident juxta fluentia plenissima. c. s. v. 12

### Diligenti Commentarius

plenig. S. Patris  
apud Firm. h.

Oculi Christi sunt ejus omnis scientia et providentia. Hi oculi dicuntur veluti columba, quia sicut columbae sunt pulchrae candidae, simplices, foecunda, ac sine felle amaritudinis, sic oculi sponsi nostri coelestis, et quidem a fortiori, istis prerogativis praediti sunt. Et quia hi pleni sunt gratia et veritatis: Christus enim fons est aquarum viventium, ideo merito comparantur columbis, qua resident super, id est prope fluenta plenissima nempe rivos aquarum multarum. additur et lacte lota, hoc est, ita pingues, munda, candida, ac si in plenissimo lactis rivulo lota fuissent; quibus oculorum sponsi divini dant dulcedo, candor, et pingues fructus denotantur.

### Meditatio 6j

Considera d. Oculos Christi, cum tanta sint excellentia, tanta etiam esse admiratione dignos, ut id nullis verbis exprimi possit. Quid enim magis admirabile, quam quod huiusmodi oculi omnia, non solum quae sunt in coelo et in terra, sed etiam ipse abyssos pervideant, et penetrent; ita ut universa, quae sunt, vel moventur, aut vivunt, sive corporalia sint, sive spiritualia, sive coelestia, sive terrena, sive infernalibus, eis prorsus nuda sint et aperta: Omnia itaque pervestigant, audi Christi, omnia rimantur, omnia scrutantur, omnia novant, adeo, ut non tantum res praesentes praeterita et futura, sed etiam reconditissima mentium nostrarum cogitationes ipsis pateant. O ineffabilis, o stupenda prospicitio! Ah quae, quae mens Angelicae cuncta verba et opera atque universas cogitationes hominum qui fuerunt, sunt, et futuri sunt unquam dinumerare poterit! Et ecce haec omnia recondita sunt in thesauro scientiae Christi, atque in die iudicii cuncta ista ab eo manifestabuntur. O quanta iam stimulo agitari debemus, cum haec omnia nostra etiam secretissima cordium nostrorum oculis Christi manifesta appareant. O anima fidelis vis semper ambulare in viis istius justitiae, fortitudinis et pacis, cogita jugiter, quod

ad operandu bonu  
et vitandu malu,



oculi Domini speculantur bonos et malos, et Domi-  
 nus respiciat super filios hominum. Quis enim ser-  
 vus in oculis suis audebit perpetrare, quod minus ho- 4 Domini  
 nestum est? Et quis miles in conspectu sui Ducis non  
 fortiter adversus hostes dimicabit? Et quis denique fidelis  
 animo tranquillo non omnes adversitates fortiter non sus-  
 tineat, si ad memoriam revocet se perpetuo cons-  
 pici ab eo, qui illas auferre potest, et vult, dummodo  
 à nobis precibus fiducia plenis pulsatur, quoniam,  
 inquit, in me speravit liberabo eum. Recordatio  
 igitur, omnis scientia Christi, et quod oculi eius  
 prorsus omnia etiam abscondita cordium intuean-  
 tur, presentissimum remedium est, quò quis in conver-  
 satione immaculatus, in tentationibus fortis, in  
 adversis patiens et quietus efficitur.

Ps. 90.

Considera 2. Talem inesse Christo Scientiam, qua  
 etiam est provida, ac omnibus prospicit, seu qua  
 comitem habet ipsam providentiam. Et certe parum  
 nobis prodesset, quod Christus omnes necessitates,  
 tribulationes, afflictiones, et tentationes cognoscat,  
 nisi per suam providentiam nobis opem praeberet aut  
 nos eva ab iis erueret, aut confortando, ne  
 eis succumbamus. Hac itaq; providentia est veluti  
 regina, qua nos perpetuo gubernat; protectrix,  
 qua nos liberat à malis, auxiliatrix, qua nos ad-  
 jurat in bonis, atq; vota nostra ad optatum finem  
 eo feliciter perducit, quò mens nostra majori eum  
 fiducia ad eam se convertit. Beati igitur illi,  
 qui sanctam Dei providentiam ubiq; attendentes, se  
 quae tanquam optimè ab ipsa, cui summa cura  
 est de nobis, suscipiunt. O quam bene cum  
 talibus agitur! quam tranquillam, et ab omni per-  
 turbatione expertem vitam ducunt! O anima  
 fidelis constanter inire in omni rerum eventu  
 divina providentia, certa, nihil in mundo fieri quòd  
 non ex suprema mentis ordine justas ac equitate  
 plenas causas habeat. Dixe itaq; omnia de manu  
 providissimi ac vigilantissimi Domini tui suscipere  
 tanquam tibi omnino salutaria, ac summè proficua,  
 etiamsi forte talis tibi accidat calamitas, et afflic-

er rivulos  
 t lota et  
 ima. c. xvii  
 tis et provida  
 ia sicut colub  
 ande ac sua p  
 celestis; et qu  
 diti sunt. Et  
 tis. J. Christi  
 o merito comp  
 per, dest per  
 s aquari m  
 loc est, de p  
 mo lect, n  
 spori dicit  
 deatatur  
 ta sub ocul  
 nos, ut id ad  
 magis ab iis  
 nia, non solum  
 ta ipsas ab  
 i universa qu  
 i corporalia  
 sua tenet  
 a fidel et q  
 Christi, m  
 maie non  
 terita et p  
 nos hanc  
 ably, o Spirit  
 ngolica eum  
 ionas homin  
 que dicitur  
 a sicut in te  
 cui concili  
 a in p  
 ahem p  
 nifesta app  
 ambulare in  
 ta jugiter



Blof. in  
Spec. Spir. c. 8

118  
tis, quae salutis tuae contraria esse videtur;  
119 neque enim fieri potest, ut non et optimum, et uti-  
120 <sup>tibi</sup>lissimum sit, quod pure de manu Domini accipis,  
121 quum deus homini bona voluntatis nihil praestet  
122 nisi optimum ac salutis ipsius convenientissimum,  
123 quod ita certum est, sicut certum est Deum vive-  
re; quapropter illas etiam afflictiones, et cruces,  
quae culpa tuae eveniunt, vel quarum causa tu es,  
non aliunde suscipias, quam de manu divina provi-  
dentiae; et si humiliaveris spiritum tuum, tuae cul-  
pa tua tibi cedit in bonum.

Considera 3. Oculos sponsi coelestis merito compa-  
rari columbis, quae resident prope rivos aquarum,  
quatenus dulcedo, candor, foecunditas, ac gratia-  
rum rivuli, qui ex istis divinis oculis manant,  
magis demonstratur: qui tanto foecundiores sunt,  
atque majorem abundantiam suavitatis et gratia-  
rum in nos derivant, quanto humiliores, et ina-  
convallium amaverimus. Sicut enim Domi-  
nus superbos à longe cognoscit, sic vicissim  
humiles de propinquo respicit. Iste autem  
aspectus non est otiosus; nam quos Christus ita  
respicit, illos protegit, fovet, alit, irrigatque, aquis  
viventibus salientibus in vitam aeternam, ~~et~~  
~~divinam vitam~~ <sup>gubernet</sup> prospicit. Confide igitur  
anima mea, et animatior esto, siquidem ut  
gratia et misericordiam, omniaque bona à Domino  
consequaris, haud opus est ferreis, quibus te  
constringas, catenis, non hispidis, quibus te pun-  
gas ciliciis, non nodosis, quibus in corpus animad-  
vertas flagellis, dic enim tantummodo ad eum  
in spiritu humilitatis et contrito corde: aspice  
in me, et miserere mei; unicus namque Christi as-  
pectus est omnium vere humilium certissima sa-  
lus, vita et felicitas. Si igitur ardes libidine,  
si palles invidia, si contabescis moerore, si indomi-  
tis affectibus transversus raperis; clama: aspice  
in me, et miserere mei: si tibi blanditur caro,  
si lenocinatur mundus, si oppugnat demon, si  
tempestate tribulationum jactaris. Si adversa

Ms. 118



quaq; te adveniuntur, ingemina: aspice in me  
et miserere mei. A Jesu enim respici est illu-  
minari, inflammari, corroborari, ab omnibus  
malis liberari, et salutem consequi. Ad  
hunc autem <sup>tam</sup> salubrem aspectum promerendum  
nihil aliud a te exigitur, quam ingens in Deu  
fiducia, maxima erga te diffidentia ac pra-  
sertim profunda tui depressio et humilitas,  
cor enim contritum et humiliatum Deus  
non despiciet.

M. 50

Documenta

S. Gregorius per oculos Christi intelligit doc-  
tores et predicatores, per hos enim invigilat Eccl-  
siae suae, et de iis etiam dicitur: qui vos tangit,  
tangit pupillam oculi mei. Sed videant ipsi, qua  
mundi, puri, ac integri esse debeant, quos Christus  
in facie sua quasi oculos gerat.

Zachar. 2.

Anima etiam devota, qua uni Deo orando, et me-  
ditando intendit est etiam oculus Christi, qui non  
nisi sursum ad coelestia et divina respicit, qui bene  
columba comparatur propter simplicitatem, ac  
bonam intentionem, qua in omnibus suis cogitatio-  
nibus verbis et operibus recta fertur in coelum.

Gregorius Nyssenus docet, huc, qua ratione oculus  
mentis pulcher fieri possit, si nempe <sup>inquit</sup> omni labe  
careat, ad exemplum candida columbae, si instar na-  
tura lactis ab erroribus et fraudibus vanarum opinio-  
num immunis sit. deniq; si constanter et assidue divina-  
rum litterarum, et virtutum fluentis aspicat, instar  
ligni, quod plantatum est seus decursus aquarum

Genae ejus sicut areola aromatum  
consita a pigmentariis: labia ejus  
lilia distillantia myrrha prima. c. 5. v. 13.

Commentarius

Genae sponsi coelestis sunt ejus virtutes, quae se magis  
exterius produnt, maxime autem ejus modestia  
mansuetudo, et humilitas, quae in vultu Christi

Fromond. hic



relucebant. Haec erant sicut areola aromatum, eo quod grata visu essent odoremque et fragrantiam spiritualis delectationis spirarent, consita, seu expressa à pigmentariis Prophetis scilicet, ~~maxima~~ autem et Evangelistis, qui<sup>has</sup> Christi genas vel spiritu prophetico, vel propriis oculis contemplati sunt, ac mores gestaque ejus scribentes, areolas quasdam aromatum externarum videlicet virtutum ipsius nobis delinearunt. Porro labia ejus sicut lilia candida sunt, sincera ac fidelia, quod enim Christus promittit, hoc servabit. distillantia tamen myrrha prima, id est, perfectam, ut pote crucis mortificatione pradicantia.

### Meditatio Or.

Considera n. Nemine, qui legerit vitam et passionem Christi tam in Prophetis, quam Evangelistis expressam, dubitare posse, quin magna modestia, mansuetudo et humilitas in Christo refulserint. Vide apostolus suos Corinthios ad rectam vivendi normam exhortaturus, ita eos <sup>alloquitur</sup> admonet: offendi vos per mansuetudinem et modestiam Christi. Hinc est etiam, quod Zacharias, postquam has spirituales Christi genas in spiritu praevidisset, exclamavit: exulta satis filia sion: júbila filia Jerusalem: ecce rex tuus veniet tibi, justus et salvator: ipse pauper, et humilis. Eandem quoque genas ipse rex pacificus, mansuetus, et humilis nobis commendaturus hinc blandis verbis nos ad se invitat: venite, inquit, ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos. tollite jugum meum super vos, et discite à me, quia mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris, jugum enim meum suave est, et onus meum leve. O anima mea, qua laboras pressa variis necessitatibus, et onusta es sarcina vitiorum accede cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam consequaris, et gratiam invenias in auxilio opportuno. Adhaec valde sis sollicita, ut vultui animae tuae imprimas genas Christi sponsi tui, tunc enim ab eo con-

vid. Boda.

Hugo Card.  
Cassiod. Boda  
Chelii

2. Cor. 10.

Zachar. 9.

Matth. 23.

Hebr. 4.



ge facilius impetrabis gratiam et misericordiam. Es-  
 to itaq; modesta et pudica, humilis et mansueta.  
 Sponsus enim tuus vult te sibi per omnia si-  
 milem habere, quatenus ei intime copulari, et  
 in eo requiescere valeas; nam sicut impossibile  
 est, ut lignum distortum recto plene aggluti-  
 netur, sic fieri requirit, ut Christo intime unia-  
 ris, si claudicas ad terrena, et distorta sis vitis.  
 Exue igitur veterem hominem cum vitis suis, de-  
 pone omnes indomitos affectus terrenorum, ac  
 renovare spiritu, omni studio contendens, ut in  
 te reluceant gena Christi, praesertim autem  
 humilitatis et mansuetudinis, et tunc juxta promif-  
 sum ejus invenies requiem <sup>et pacem</sup> ~~in~~ ~~animae tuae~~.

Considera 2. Labia Christi seu promissa ejus esse  
 instar liliorum pulchra, candida, sincera, fidelia,  
 ab omni deceptione et infidelitate alienissima;  
 eloquia enim Domini igae examinata, id est cer-  
 tissima, adeo, ut quod Christus semel pollicitus  
 est, hoc infallibiliter adimpletur sit. Promi-  
 sit, dicens: Si quis diligit me, et pater meus di-  
liget eum, et mansionem apud eum faciamus.  
 Item: Si manseritis in me, et verba mea in vobis  
manserint, quodcumq; volueritis, petitis, et fiet vo-  
bis. Promisit, illos requiem in animabus suis in-  
 venturos esse, qui ejus suave jugum portare  
 non renuerint. Promisit omnibus iis abundan-  
 tiam gratiarum suarum, qui ad eum cum sitis  
 ardore accesserint, si quis sitit, inquit, veniat  
ad me et bibat, et de ventre ejus fluent aqua viva.  
 Promisit, omnes nos ipsius amicos futuros esse, si  
 fecerimus, qua praecepit nobis. Promisit, eum  
 a Patre <sup>suo</sup> honorificandum in coelis, qui ei ministrave-  
 rit in terris, atq; eum magnum in regno coelorum  
 vocandum, qui mandata ipsius fecerit, et docuerit.  
 Promisit deniq; eos possessuros esse regnum coelorum,  
 qui pauperes spiritu extiterint, aut persecutionem  
 propter justitiam passi fuerint. illos item aeterna  
 consolatione aeterna consolationem consecuturos, qui  
 hic fleverint in terris, atq; <sup>in</sup> <sup>in</sup> aeternum saturandos

Geneb. in  
17.

Joan. 14

Joan. 15.

Matth. 11

Joan. 7.

Joan. 15.

Joan. 12

Matth. 15

Matth. 15



esse, qui prius esurierint, et sitiierint iustitiam.

Hæc et alia hujusmodi fere innumera Christus nobis  
promisit, et certo etiam impleturus est. ~~Christus~~

~~ad istam iustitiam quæ implenda Christus enim~~

sicuti falli, sic nec fallere potest

siquidem sicuti <sup>nequit</sup> non falli, sic nec fallere potest;

neque enim Deus esset, si in suis promissis infideliis,  
aut minus verax foret. Eloquia Domini eloquia

casta, id est, fidelia, nulla falsitate, nulla infide-

litate, nulla mutabilitate adulterata, adeo ut

tam certi esse debeamus, omnes Christi promissio-

nes sub adiectis conditionibus implendas esse,

quàm certi sumus, Deum existere. Carina mea

quanto nunc gaudio affici deberes, dum audis, te

omnium adeo nobilium, sublimium ac exquisi-

tarum promissionum <sup>in</sup> participem effici posse, du-

modo ad eum accedere, ipsum diligere, ac ejus

voluntatem facere volueris. Si quisquam Rex

uni ex suis subditis, vel minimam partem horum

omnium, v.g. solam suam amicitiam pollicere-

tur, quàm sollicitus <sup>iste</sup> in implendis ejus jussis

foret; quanto magis tu nunc prurire debes

ad observanda omnia præcepta Christi, per qua-

justa promissa ejus, non solum hinc ipsius gra-

tiam, amicitiam, dulcem conversationem, ac abun-

dantiam omnium bonorum spiritualium, sed etiam

illuc æternam coronam, et gloriam adipisci potes.

Considera 3. Labia Christi tunc distillasse myr-

rhæm, quando prædicabant poenitentiam, continen-

tiam, mortificationem, ~~etiam~~ abnegationem, ~~etiam~~

~~teritatem~~ <sup>ita</sup>, quæ concupiscentiæ et carnis volup-

tatibus è diametro adversatur. Prima enim prædi-

cationis ejus hæc fuit vox: pœnitentiæ agite. Item:

Beati pauperes spiritu: Beati, qui lugent, Beati, qui per-

secutionem patientur. Diligite inimicos vestros. Et

quid nisi mirra sunt hæc voces: non veni pacem mit-

tere sed gladium. <sup>Matth.</sup> Si quis vult post me venire, ab-

neget semetipsum et tollat crucem suam. Si quis

venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et

psal. 11

Matth. 5.

Matth. 10

Matth. 16



fratres et sorores, adhuc autem et animam suam non potest meus esse discipulus. Et iterum: qui non relinquit patrem et matrem, et uxorem, et agros, et vi-  
 reas propter me, non est me dignus. Deniq; si vis perfectus esse, vende, quae habes, et da pauperibus, et tolle crucem tuam, et sequere me. En mirram pri-  
 mam, id est, perfectam, ac probatissimam, per quam nimirum pervenitur ad perfectionem vitae, ac ad a-  
 ternam beatitudinem. Vides igitur anima fidelis, quod equidem Christus magna nobis promittat, sed simul etiam a nobis exigit mirram mortificatio-  
 nis et abnegationis, nec immerito; neq; enim dignus est, caperem dulcia, qui non gustavit amara. Et sane si filii huius saeculi tantas amaritudines, la-  
 bores, inquietudines, curas, anxietates, vigilias, sudores exantillare debeat, ut <sup>dumtaxat</sup> brevi quadam vo-  
 luptate fruatur, ut dignitatem quendam aspe-  
 quantur, ut <sup>paucas</sup> pecunias luceantur. quanto ma-  
 gis nos oportet, modica pati, ac mortificare membra nostra, ut aeternas ac immortales divitias conse-  
 quamur, ut torreat voluptatis supernae inebrie-  
 mur, atq; in oceano omnium deliciarum innate-  
 mus, omnibusq; bonis cumulemur sine fastidio, si-  
 ne termino in omnia aeternitate. Imo ut veluti dii efficiamur; scimus enim, quonia cum appaverit, similes ei erimus, quonia videbimus eum, sicuti est. Haec meditare, haec serena mente revolve, et tunc myrrha mortificationis neutiquam amara sed dulcis tibi erit super mel et favum.

Documenta

Parabolicè, genae Christi sunt misericordia et justitia juxta illud: Universa via Domini misericordia et veritas. Et: misericordiam, et iudicium cantabo tibi Domine. Utraq; in Christo insignis fuit, atq; eum in utraq; pro viribus imitari debe-  
 mus, ita tamen, ut misericordia superexal-  
 temus justitiam; quia, Beati misericordes, quonia misericordiam consequantur.

Labia Christi lilia sunt, inquit Beda, quia

Luc. 14

Matth. 10

Matth. 19

& Christiana,

1. Jo. 3.

1.  
Cornel.  
à lapid.  
pf. 24.  
pf. 100.

Matth. 5  
2.

Beda h.



11 claritatem coelestis regni promittunt: distillantia  
 11 myrrham primam, quia per contemptum voluptatū  
 11 praesentium ad hanc perveniendum esse praedicant.  
 Matt. 24 11 exinde, inquit Evangelista, coepit Jesus praedica-  
 11 re, et dicere: poenitentia agite, appropinquavit  
 11 enim regnū caelorum.

3 11 Myrrha prima est optima, unde designat mortem  
 11 Christi, inquit Richardus à S. Vict. Hanc enim cogi-  
 11 tata Stimulos carnis mitigat, tentamenta inimici ex-  
 11 tinguit, delet peccata, mortificat vitia in despera-  
 11 tione consolatur, roborat mentem, confert gratiam.  
 4 11 Mors Xti ac dolores ejus merita nostra sunt non  
 11 ipsis; omnia enim quae fecit, et pertulit, non sibi,  
 11 sed nobis meruit; unde ad tribunal Christi ve-  
 11 nientes, in mentis ipsis maxime ponere debemus fide-  
 11 cia, <sup>in</sup> pro commissis malis, et omnis bonis inimico  
 11 accusanti opponere. Mors itaq; Xti myrrha pri-  
 11 ma est myrrha optima, quia omnia mala nostra  
 11 mortificat.

Manus ejus tornatiles, aurea, plena hya-  
 cintis. Venter ejus eburneus, dis-  
 tinctus Saphiris. c. 5. v. 124.

### Clarificatio Commentarius.

Theodor. 1. 1. 94. <sup>Sunt</sup> vis effectrix, et conservatrix omnium creatu-  
 rarum, juxta illud Psalmi: aridam, id est, terram  
 fundaverunt manus ejus. Et: in manibus ejus  
 sunt, id est, subsistunt ac conservantur, omnes fi-  
 nes terra. Secundum vero ipsius naturā huma-  
 nam manus Christi sunt operationes ejus, quae  
 sunt tornatiles, id est, perfecta, et in nullo repre-  
 hensibiles; bene enim omnia facit. Sunt etiam  
 aurea, ut pote plena charitate, et quia manant  
 à charitate à Divinitate, unde S. Gregorius ait: ma-  
 nus Christi sunt aurea, quia quidquid exterius  
 operabatur, interius in divinitatis pulchritudine  
 disponebatur. Deniq; sunt plena hyacinthis, id est,  
 coelestibus rationibus, consiliis, et intentionibus, ad  
 quod omnia referret ad gloriā Patris; Hyacinthus



S. Thom. hic

in psal. 30

anim, ait S. Thomas, est lapis pretiosus habens colorem coelestem, et significat in scriptura rec- titudine intentionis.

Porro venter Christi secundum divinam natura- mem seu memoria intelligitur, quia sicut ven- ter escas recipit, sic memoria notitias reru assu- mit, inquit Casiodorus; Dicitur eburnea, tu- propter ejus nitorem; licet enim ei presentes sint omnes turpitudines, et foeditates homi- num, nulla tamen labe ab iis contaminatur, dum etiam, quia sicut ebur longissima est durationis, et velut immortale, sic in memo- riam Christi nulla rerum oblivio in aeternu cadere potest. Quia vero in Hebraeo loco venter ponitur viscera; hinc intelligi possunt secundum naturam humana Christi, ejus interni affectus, veluti eburnei, id est, puri et nitidi, distincti saphiris, id est, coelestibus cogitatio- nibus repleti; Sapphirus enim est coelestis co- loris.

### Meditatio 63

Considera 1. quam perfecta, quamq, admirabiles sint manus divina, qua caelum et terra, ac omnia qua in eis sunt, fabricarunt, et etiamnum conser- vant; stupenda sane opera, qua nos in summa admirationem, laudem, et amore, tam magni conditoris rapere deberent, si seria mente a no- bis expenderentur. Quis enim non stupeat, si vel unius solis s: ut caetera magis admiranda omit- tamus; si consideret magnitudinem; hic enim tanta vastitatis esse dignoscitur, ut ab omnibus modernis astronomis decies centies millies ter- ram in magnitudine excedere dicatur. Et li- cet forte tantus computus nobis forte incre- dibilis videatur. certum tamen est, etia jux- ta antiquos, solem jam vasta esse machinam, ut globus terra ei comparatus valde exiguu corpus reputari debeat, nec alia subesse ra- tionem, cur nobis nostris oculis <sup>tam</sup> parvus appa- reat, quam ingens ipsius a terra distantia. haec siquidem trigies centies mille Leucorum

at: distillat  
sum volu  
esse prae  
Jesus pra  
appropinqu  
habet mor  
Hec enim  
causa immo  
ha in desper  
fuit gratia  
sua font an  
estulit non  
Christi: ut  
debeant fil  
boni immo  
ti mysteria  
male not  
plena hys  
us, dis  
14



Baruch. 3.

esse perhibetur, adeo ut si aquila à terra ad Solem  
rectè avolaret, et si singulis diebus ducentas levas  
conficeret, non nisi post 410 annos illuc esse  
perventura. Sed quid est tanta Solis moles,  
si vastitati coeli empyrei conferatur, nisi musca  
elephanti comparata? hac quippe moles tanta  
et tam ampla est, ut Baruch in contemplatione  
eius totus attonitus exclamavit. O Israel, quoniam  
magna est domus Dei, et ingens locus possessio-  
nis eius. Magnus est, et non habet finem, excelsus  
et immensus! Vide anima Christiana, quam po-  
tens, et quam magnus sit Dominus! potens, cum  
tam stupendas machinas non ex aliqua proijecta  
materia, sed ex nihilo creavit, pluresque adhuc con-  
dere possit orbes, quam sint arenulae, et guttulae  
maris; manus enim eius sunt infinita virtutis, et  
ideo nullà multitudine, aut magnitudine coarctari  
possunt. Magnus vero, imo immensus, siquidem  
ipsius Majestas coelum et terram, ac universa quae  
in eis sunt, implet, unde Propheta ait: Si ascen-  
dero in coelum tu illic es, si descendero in inferna  
ades. O anima mea iam habes, unde magnam admira-  
tionem, ac dilectionem erga sponsum tuum afficiaris, atque in  
abyssum eius omnipotentiae, et immensitatis te immergas.  
Habet materiam, unde omnia bona à tam potenti  
atque immenso Domino merito sperare possis. Di-  
lata ergo cor tuum, et magna à dilecto Domino  
Deo tuo pete; nam planè omnia ab eo impetra-  
bis, quaecumque petieris, si tua in ipsum fiducia  
firma fuerit.

ps. 138.

Considera 2. Manus Christi ideo divi tornatiles,  
si eius humanam naturam consideremus, quia  
opera eius sunt undique ac omni ex parte poli-  
ta et perfecta, ita ut eis nec quidquam ulterius adiri vel  
addi possit, juxta illud: confessio et magnificentia opus eius.  
Et illud: benè omnia facit; ac consequenter  
in nullo reprehensibilia inveniuntur. Licet  
enim Pharisaei per dies et noctes non aliud cogi-  
tarent, quam aliquam adinvenire causam

ps. 110

Marc. 7.



quã reprehendere, et calumniari possent ope-  
 ra Christi, at tamen nullum nãvũ in eis  
 reperire potuerunt. Erant itaq; manus ejus  
tornatiles, id est, perfecta, imo etiam aurea  
 et plena hyacinthis, quia dum Christus va-  
 ria opera misericordie exercebat, nunc susci-  
 pendo mortuos, nunc illuminando cecos nunc  
 multiplicando panes, nunc aquam mutando in  
 vinum, nunc se ipsum ad manducandum sub  
 specie panis probando, hæc omnia ex mera cha-  
 ritate, utq; gloriã patris promoveret, facie-  
 bat. Talis esto et tu anima Christiana.  
 non solum nihil reprehensibile operando ni-  
 hilq; agendo, in quo proximus offendatur, vel  
 scandalizetur, non extendendo manus tuas ad  
 id, quod humana cupiditas expetit, sed talia  
 opera faciendo, qua perfectionem vitæ Chris-  
 tianæ redoleant, adeo ut manus tuæ in om-  
 nibus, qua operantur, sint perfecta tornati-  
les et aurea, id est, ut luceant divinã sapien-  
 tia ac charitate, et non obscurentur per pecca-  
 tum, vel per ignorantia aut amorẽ proprium:  
 et ut plena sint hyacinthis, quatenus vide-  
 licet, nullus in eis pateat locus vanæ lau-  
 di aut inani gloriæ: sed omnia ad honorẽ  
 Dei referantur, cum solum spectando illi  
 soli adherendo, <sup>ad quem</sup> quippe <sup>ad</sup> tanquam <sup>ad</sup> ultimam  
 finẽ nostræ omnia profus unice collimare de-  
 bent.

Considera 3. quam stupendam sit mens seu me-  
 moria Christi, si ejus divinã naturã spectemus,  
 huic quippe menti presentes sunt omnes excelsæ  
 ejus cogitationes, omnes actus amoris vel affectus,  
 amoris, complacentiæ, desiderii, delectationis, admi-  
 rationis quos intra se ab æterno, erga patrem, et  
 spiritum sanctum, vel etiã erga se, elicit, qui  
 licet sint prorsus infiniti, minimè tamen ejus  
 excedunt memoriã, quippe qua etiã infinita sepe  
 dignoscitur. Extra se vero recordatur omnium  
 rerum, quas condidit, aut adhuc condere potest, ita

7 virtutis

la a terra  
 bus ducent  
 annos illu  
 t tanta ob  
 eratur, ni  
 ippe motu  
 contemp  
 O. Sicut  
 locus p  
 bet finem  
 Christiana  
 us. p  
 aliqua p  
 olures, ad  
 caule et p  
 finite v  
 nitudine  
 immensu  
 a, ac univ  
 leba acti  
 idero in  
 de magis  
 afficiens  
 tatis se  
 na à tem  
 berare p  
 i delicto  
 ad ea in  
 ipsum p



ut nec ullus pascet, imo nec ultimus terra nec  
miculus, aut minima creatura sit in oblivio-  
ne coram eo. Meminit itaque omnium foliorum,  
quae sunt in arboribus omnium areolarum,  
quae sunt in mari, omnium graminum, quae sunt  
in pratis, omnium florum, qui sunt in campis  
et quod omnium capillorum qui sunt in capiti-  
bus: et quod palmarium est: meminit omnium  
verborum unquam ab hominibus prolatorum,  
omnium operum ab ipsis patrorum, omnium  
cogitationum à cordibus eorum emanatarum.

7 in eutere

Horum omnium recordatur, nec est quidquam,  
quod excidat à mente ejus. Profectò hac super  
omnem modum prodigiosa memoria magnum ti-  
morem peccatoribus, et justis ingentem confola-  
tionem ingerere debet. peccatoribus timorem,  
eo quod justitia Dei exigat, ut nullum peccatum  
cujus <sup>ipse</sup> recordatur impunitum maneat. quantum  
fuit in deliciis <sup>inquit</sup> tantum date illi tormentum,  
et luctum. justis vero consolationem; quia requi-  
ret Deus sanguinem eorum, qui clamat ad Deum

apoc 18

et luctum. justis vero consolationem; quia requi-  
ret Deus sanguinem eorum, qui clamat ad Deum

gen 2

et luctum. justis vero consolationem; quia requi-  
ret Deus sanguinem eorum, qui clamat ad Deum

apoc 21

et luctum. justis vero consolationem; quia requi-  
ret Deus sanguinem eorum, qui clamat ad Deum

illorum

et luctum. justis vero consolationem; quia requi-  
ret Deus sanguinem eorum, qui clamat ad Deum

ps 101

et luctum. justis vero consolationem; quia requi-  
ret Deus sanguinem eorum, qui clamat ad Deum

7 cum Sanctis

et luctum. justis vero consolationem; quia requi-  
ret Deus sanguinem eorum, qui clamat ad Deum

Considera 4, quod venter seu pectus ac viscera Jesu  
Salvatoris sint sinus gratiarum omnium, amo-  
risque sinceri et perfecti praesertim erga nos, adeo  
ut qui se in ea infirmant, fruantur Sanctif-  
simà et suavissimà eius amicitia familiari-  
tate, et voluptate, foveanturque veluti filii  
Dei in paterno sinu, ac inebrientur abuber-  
tate ipsius ineffabilis dulcedinis. O beata



viscera, in quibus visitavit nos oriens  
 ex alto: tanto quidem beatiora, et nobis  
 fructuosiora, quanto nunc ardentioribus  
 affectibus erga nos sunt praegnantia, atque olim  
~~obis, de quibus convergentibus~~ *ipse*  
 nitidissima ac summe perfecta opera pro sa-  
 lute nostra pariebant; cum enim tunc dis-  
 tincta essent saphiris, id est, coelestibus  
 intentionibus, et ardentibus ad superna desi-  
 deriis, inde fiebat, ut quidquid ipse Chris-  
 tus, cogitabat, dicebat, et agebat, ferventer  
 et exacte operaretur, atque coelum et Deum,  
 Deique gloriam, ac hominum salutem unice  
 spectaret. Tale pectus, o anima fidelis,  
 taliaque viscera habere debes, ex quibus  
 videlicet pura, sancta, ac perfecta etiam  
 promanent opera. Cogita, quam accurate  
 in omnibus suis actionibus Aulici serviant  
 Imperatori, subditi suo principi: quid ergo  
 te facere deceat, quae ~~servas~~ <sup>servas</sup> ~~divinae~~ <sup>divinae</sup> ~~Majestati~~ <sup>Majestati</sup> Domino,  
 qui est Rex regum, et Dominus dominantium?  
 Apelles rogatus cur tam morose et exacte  
 pingaret? respondit: pingo aeternitati: ita et  
 tu agis, et vivis aeternitati; vide ergo, ut opus  
 tuum sit nitidum ut ebur, fulgidum ut  
 saphirus, quod in aeternum coram Deo et  
 Angelis ejus resplendeat, oportet; Cogita, quae  
 venustate quo decore Deo ministrent Archan-  
 geli, cherubini, et seraphini; pari etiam  
 audire et tu ministra eidem Deo tuo, quod  
 enim angeli agunt in caelo, hoc tu agis in  
 terra.

### Documenta.

Manus Christi dicuntur formaticae, id est  
 versatiles, et agiles ad omne opus bonum,  
 ait Justus Orgel, quia assidue se versa-  
 bant, et voluebant ad varia et omni-  
 na opera misericordiae, tales etiam esse de-  
 bent manus Nostrae, quae nempe sint in om-  
 nibus bonis actionibus pro emolumento si-  
 ve spirituali siue corporali proximi inten-  
 ta, ut inde eluceat, nos revera proximum

in h. l.



nostrum sicut nos ipsos diligere.

2. Præterea manus Christi tornatiles sunt etiam manus fidelium, qui vacant vite activa instar sanctæ Marthæ. Hæc manus debent esse tornatiles, ut nihil in eis sit vitiosi affectus, vel respectus, sed undequaque sint opera eorum perfecta appetuntur veluti toro, id est, æternitati elaborata. Aternitas enim est circulus, in quo nihil inæquale est, nihil eminet, vel deficit, sed omnia in orbem perfectum eunt, et eodam redeunt.

3. Anima Sancta habet pectus et ventrem æquum, quando omnes suos appetitus juxta rationem et legem Dei ordinat, ac studet non solum honestè et sanctè, sed et politè ac elegantè omnes suos affectus in mente componere in eaq; omnia opera sua disponere, ut licet communia faciat, quæ et ceteri, et attamen præ illis in actionibus ipsius reluceat quædam singularis elegantia et gratia ut opus commune in illa politum et singulare, eximium, esse videatur: juxta illud: in omnibus operibus tuis

Eulæf. 33. is præcellens esto.

Crura illius columna marmorea  
qua fundata sunt super bases  
aureas: species ejus, ut Libani  
nivelectus et ut cedri. c. 5. v. 15.

Dilucidatio  
Commentarius.

Hailgrin.  
Delrio et alii

Crura Christi sponsi celestis sunt ejus fortitudo et perseverantia, quæ columnis marmoreis comparantur, tum propter eorum soliditatem, tum quia omnium virtutum compagem sustinent, ad instar columnarum marmorearum, quæ totum ædificium fortiter sustentant. Et quia fortitudo fulgetur sapientiâ, perseverantia verò charitate; ideo dicuntur istæ columna marmorea fundata super bases aureas, nimirum super sapientiam et charitatem. Porro species Christi est ut Libani; quia totus



quantus est, quandam similitudinem praeferent virentis, speciosi, floridi, amoeni; et odoriferi Libani. Dicitur praeterea electus ut cedri, quia sicut cedrus alias arbores Libani excedit celsitudine, rectitudine, bono odore incorruptibilitate. Sic sponsus noster coelestis omnes Ecclesiae militantis et triumphantis ~~sanctos~~ sanctos. Superat meritis, gloria conversationis sanctitate; soli enim ipsi gratia ad mensuram data non fuit.

Joan. 3.

### Meditatio 64.

Considera 1. quam fortia Christus Dominus habuit cura, maximam fortitudinis exstiterit, dum mundum et diabolum potentissimos sane hostes, qui omnes ferme mortales suo subegerant imperio, atque durmatim ad tartara rapiabant, vincere, eosque ab ipsorum tyrannide liberare potuit. O ineffabilis, et ab omnibus retro saeculis inaudita victoria! O beatissima libertas, qua ea mancipio diaboli effecti sumus filii Dei. O Christe Jesu, quantam nos fideles gratiarum actionem tibi referre debemus, quod nolueris, ut ante adventum tuum, sed primum postquam consummatum opus redemptionis nostrae nasceremur; quid enim nobis profuisset opus beneficium creationis, si olim positi inter gentiles abiresemus in viam perditionis. O amabilis Salvator, quid pro tanta gratia, qua innumerari ferè homines si qui in aeternum perierunt. Cui caruere, tibi retribuemus? Cui Christus nihil aliud pro gratia tanti beneficii memoria à nobis exigit, quam, ut pro modulo nostro ejus imitemur fortitudinem; ipse siquidem de caelo in terram descendit, non solum, ut fortiter certando redemptionem nostram perficeret, sed etiam ut nobis esset Speculum et exemplar virtutum, <sup>in nobis</sup> ipsiusque fortitudinem <sup>amularemur</sup> in omni nostra agenti ratione, ~~expresserimus~~ omnia videlicet adversa forti animo tolerando, aut superando; neque enim Christus ali-

Diligere  
 fornicales  
 qui vacantes  
 the. Hanc  
 nihil in  
 etus, sed  
 uba apud  
 atque elen  
 in quo nihil  
 est, sed  
 dam red  
 us et uerba  
 appetitus  
 ac fidei  
 politis  
 mente con  
 gnoscere  
 catari, et  
 relucet  
 hic ut opus  
 ulares, cum  
 nibus op  
 mas more  
 er dicit  
 ut dicit  
 si. c. 10  
 estis sicut  
 qua colam  
 in proprio  
 in caritate  
 de coluam  
 edificium  
 vobis sicut  
 vero chari  
 omne mem  
 ximiam  
 ca. Rom  
 si quia h



ter mundum et diabolum devicit, quam multos  
dolores, contemptus, convitiâ, cruciatus ac diris-  
simam mortem fortiter subeundo. Et hoc est quod  
Hebr. 12. innuit Apostolus, dum ait: per patientiâ curamus  
ad propositum nobis certamen, aspicientes  
in auctorem fidei et consummatorem Jesu,  
qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem,  
confusione contemptâ. Et ut ostenderet, et  
per talem tolerantiam de hostibus triumphasse,  
et per eam pervenisse ad gloriam, mox subiungit:  
atque in dextera sedis Dei sedet. O  
anima mea si variis necessitatibus et afflictionibus  
premeris, esse in multa patientia erit fortitudo tua. Hac vinces omnia, in  
fortior te ipsâ evades. Cogita, quia sicut  
oportuit pati Christum, et ita intrare in regnum  
Cæli sic necesse est, ut omnes adversitates,  
quæ tibi obveniunt, patienti animo perferas;  
siquidem alia via non est, illuc perveniendi, quæ  
Christus præcepit, nisi semita patientiæ; Or-  
dina enim et dispone res tuas, quomocumque  
volueris, semper tamen invenies, te aliquid  
jugiter pati debere, vel in corpore, vel in  
mente; unde nisi ubique utaris scuto patientiæ,  
non eris diu sine vulnere. Vis igitur,  
et ab Angelis et ab hominibus fortis haberi,  
adversa quoque imperturbatâ animo sustine,  
et in humilitate, id est, in afflictione tua  
patientiam habe; atque tali modo consequeris  
coronam gloriae.

Gerfen.

Luc. 24.

Euli 2.

Considera 2. Quantum Christi constantia seu  
perseverantia in opere salutis nostræ reful-  
sent, adeo, ut mirabili modo in se impleve-  
rit quod ut faciamus, ab unoquoque nostrum  
exigit, dum ait: esto fidelis usque ad mortem,  
et dabo tibi coronam vitæ; nam ut adver-  
sit Rupertus, eiusdem perseverantiæ, quam  
Christus nobis persuadet, in semetipso exem-  
plum præbuit, factus obediens usque ad mortem  
mortem autem crucis. Quam ob causam, dum

apoc. 2.  
tom. 2. l. 2.  
in apoc. 2.



in crucis patibulo suspensus harebat, atque  
 Judai ei acclamabant, ut descenderet de cruce,  
 et tunc se in ipsum credituros esse; maluit  
 tamen tormentum mortis subire, quam  
 amittere bonum perseverantia; si enim descendisset,  
 non obediisset usq; ad mortem, sed nec ipsosmet  
 Judaeos salvos fecisset. Non attendit igitur ad eorum  
 subsannationes, irrisiones, contemptus, blasphemias.  
 moveant, aiebat intra se, moveant isti obdurati  
 homines capita sua, quantum voluerint, milles  
 repetant: alios salvos fecit, se ipsum non potest  
 salvum facere; non propterea descendam de cruce,  
 perseverabo in cruce, moriar in cruce. O perseverantia  
 infinitis annis non satis celebranda! Sed unde, <sup>1<sup>ca</sup></sup> tam  
 ineffabilis, nisi ex immensa, quae erga nos flagrabat  
 charitate, haec haec fuit illa columna seu basis  
 marmorea, qua fulciebatur tam admirabilis ejus  
 perseverantia; amor igitur quo erga nostram salutem  
 ferebatur, adeo fortiter eum alligavit cruci, ut ab ea,  
 quam diu viseret amplius separari non potuerit;  
 nempe, cui dilexisset suos, in fine dilexit eos.  
 O anima fideles, cogitate iam, quam equum sit,  
 ut tam fidelem amatorem tota virtute redamatis,  
 usq; ad mortem in ejus dilectione cultu et <sup>obsequio</sup> permaneat: ad quam  
 perseverantiam apostolus proposito ipsius Christi exemplo  
 vos imperse hortatur, dum ait: re-  
cogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus  
adversus semetipsum contradictione, ut ne-  
fatigemini animis vestris deficientes. Estote igitur  
 constantes in charitate, ac in frequentanti bonorum  
 operum exercitio, et reportabitis coronam  
 vitae aeternae.

Matth. 27.

Matth. 27.

Christus

Joan. 13

Hebr. 12.

Considera 3. quod Christus non solum speciosus  
 sit, ut amoenus libanus, sed etiam electus  
 instar cedri; quia sicut cedrus pulchrior est  
 et procerior ceteris arboribus, ita et Christus



gratiâ et virtutibus maximè autem humili-  
tate. præcellit omnes Sanctos. Quis enim  
Sanctorum unquam ad tam profundam hu-  
militatis vallem descendit, quemadmodum  
Christus Dominus. Licet enim ipse esset,  
cui coelum, terra et infernus, Angeli, et ho-  
mines, ac omnia creatas sunt subiecta, li-  
cet ipse esset Rex regum et Dominus Do-  
minantium, cujus maiestate plena est terra,  
nihilominus voluit amore nostri è paupe-  
re matre in vili stabulo nasci, et in præse-  
pi reclinari; voluit, ut peccator circumcidi,  
ut debilis et impotens in ægyptum fugere  
<sup>ac postea.</sup> inter peccatores ut unus illorum cap-  
turi. voluit ~~prostrari~~ ad convitia, ad ir-  
risiones judæorum filiare, factus ho-  
stis non audians, nec non ad pedes vilium  
piscatorum eos lavaturus se prosternere.  
Verè ad nihilum redactus est, et exinaniri-  
vit semetipsum supra omnem modum,  
adeo quidem, ut haberetur despectus, ac  
novissimus virorum, derelictus à Deo, si-  
ne specie et decore, indignus qui inter  
homines viveret, unde illa blasphemæ vo-  
ces: tolle hunc, et dimitte nobis Parabellam.  
Quocirca Christus de se ipso fatetur: ego sum  
vermis et non homo reputatus, opprobrium ho-  
minum et abiectio plebis factus. Sed ò ni-  
mis beata humilitas, qua Christum instar  
cedri exaltavit, humiliavit semetipsum, inquit  
apostolus, factus obediens usq; ad mortem mor-  
tem autem crucis, propter quod, <sup>et</sup> Deus exalta-  
vit illum, et dedit illi nomen, quod est Super  
omne nomen. Itaq; quanto Salvator noster  
superat Sanctos humilitate, tanto super eos  
exaltatus est gloriâ et honore. "Studeamus

Isai. c. 53

Luc. 23.

ps. 21

Philip. 2.



igitur sicut nos monet S. Bernardus. Studeamus effici sicut is, qui parvulus natus est nobis, discamus ab eo, quia mitis est, et humilis corde, ne magnus Deus sine causa factus sit homo parvulus, quia nisi efficiamini, sicut parvulus iste non intrabitis in regnum coelorum.

Serm. 3. Super missus est

Documenta

Duo Cura Christi secundum ejus divinitatem sunt eius aeternitas, ac immutabilitas. Istis sustentantur omnia, ac maxime felicitas sanctorum & felicitas, si enim Christus non esset aeternus, sancti semper angerentur propter beatitudinem suam aliquando finiendam. Vel si esset mutabilis, jugiter metuerent, ne forte voluptate eius mutata, ab hac sua beatitudine exciderent. Haec igitur duo divina attributa merito nos stimulare deberent ad virtutes sectandas, ac bona opera cum sedulitate exercenda, eo quod ipsis coelestia gaudia, nullum unquam finem habitura preparata sint.

9 omnia

Cura Christi secundum ejus humanitatem, ut iam diximus, sunt fortitudo et perseverantia, quam utramque his sequentibus actibus imitari debemus. 1. Qualibet pericula, etiam ipsam mortem intrepide sustinere propter defensionem alicujus virtutis, maxime vero fidei et justitiae. 2. Mentem in adversis et prosperis ita roborare, ut neq. in illis vincamur, neq. in his extollamur; 3. Tentationes daemonis atque fortiter rejicere. 4. Ardua quae cum magna in Deum fiducia aggredi. 5. Seipsum genere se vincere. Haec de actibus fortitudinis.

Actus vero perseverantiae praecipui sunt sequentes. 1. Seipsum variis motivis ad perseveran-

altem huius  
s. Quis enim  
ofundam ha  
enadmodu  
ipse est  
Angelus, et  
ubi dicitur  
omnibus  
na est. An  
tri e paup  
et in prof  
circum  
am supra  
illorum  
vita, ad  
supra  
das in lita  
stare  
cecinari  
modum,  
rebus, ac  
a Deo  
qui inter  
appetunt  
Barabae  
ego  
providentia  
sed  
sum  
ipsum  
mortem  
Deus  
est  
hor  
super



dum exstimulare, maxime efficaci illo, et à  
S. Bernardo alijsq; frequenter usurpato sti-  
mulo: ad quid venisti. Item illo à S. Au-  
gustino erga continentia & prolato: potuerunt  
isti, et ista, et tu non poteris? 2. à lap-  
su, si forte per fragilitatem is contingat, ei-  
to resurgere. 3. Amorem vite, timorem  
mortis, minasq; ac promissa generosa contem-  
nere, ob hac enim plerumq; à perseveran-  
tia ~~deflectunt homines, deflectimur.~~

3.  
cap. 1. v. 3.

in psal. 90  
ff

Cedrus odorata est, et imputribilis, sicut Chris-  
tus, unde sponsa inquit: curremus in odore  
unquentorum tuorum. O quam potens odor, o  
quam jucundax et delectabilis fragrantia,  
quã perceptã anima omnium aliarum reru  
etiam sui oblita ingenti cum voluptate  
currit ad paupertatem, ad contemptum, ad  
labores, ad contumelias, ad ~~crucem~~, ad mor-  
tem. Amenus igitur, et imitemur, curramus  
post unguenta ejus, inquit S. Augustinus

Guttur illius suavissimum, et so-  
tus desiderabilis. Talis est dilec-  
tus meus. Et ipse est amicus  
meus, filia Jerusalem. c. 5. v. 16.

### Commentarius

Postquam sponsa ad interrogationem fi-  
liarum Jerusalem, devotarum scilicet ani-  
marum, atque Angelicarum mentium,  
distincte et <sup>per</sup> partes delineasset, qualis  
esset ejus dilectus, ~~quasi nimis pul-  
cher, nobilis, et desiderabilis~~, nunc tandem  
concludit hujus sponsi sui encomia per  
hoc elogium: Guttur illius suavissimu;  
id est, allocutio eius intima aspirationis,  
internus eius sapor, seu consolatio Spiritua-  
lis me suaviter afficiunt, et ideo

Richard. a. 5. v.  
Veron. h.



lis plena <sup>est</sup> dulcedine meq; suaviter  
afficit, et ideo totus est desiderabilis.  
Talis itaq; est, dilectus meus quem nem-  
pe a deo diligo, et quero, et ipse est ami-  
cus meus, me vicissim amans, et querens.

### Meditatio 6s

Considera d. non imerito guttur Sponsi divini  
suavissimum dici, quid enim magis animam  
amore erga hunc Sponsum coelestem suc-  
cessam magis efficit, quam allocutio eius  
internarum illustrationum, qua mens coe-  
lestibus consolationibus reficitur, atq; de-  
sideriis aternis inflamatur, ut nihil, nisi  
qua superna sunt, ei amplius libeat, et cuncta,  
qua inferius de terrenis rebus pershe-  
punt, contemnat. Hac interna afflatio a Jo-  
bo dicitur verbum absconditum, tum, quia  
sciri nequit, nisi a quo haberi potest, sed nec  
ille, qui eam sentit, ipsam exprimere suffi-  
cit; tum quia valde pauci sunt, qui a desi-  
deriorum carnalium sorda purgati hanc in-  
ternam allocutionem omne delectamentum  
suavitatis in se habentem suscipere meren-  
tur. Plerisq; enim hominibus, etiam is, qui  
se Dei servitio specialius marciparunt, dulce  
est ad consolationes humanas confugere, na-  
quia <sup>de</sup> spiritualibus animae deliciis nihil ad-  
huc gustarunt, fit, ut tanto delectabilius  
in istis temporalibus requiescant, quanto mi-  
nus, qua sunt coelestia, experti sunt. Quid  
si vel semel illam divinam dulcedinem illum  
divini sponsi internam saporem, atq; illius  
gutturis suavissimum susurrum delibassent  
profecto tanto in majorem amaritudinem eis  
verterentur omnia qua foris videntur, quan-  
to majori delectatione prius erga illa afficie-  
bantur. O anima fidelis vis illas inter-

Job. 4.

7 exceperunt ac  
ejus suavitatem

caus illi...  
fugato...  
lo a f...  
to: potuer...  
2. a la...  
contingit...  
timore...  
eroso con...  
persevera...  
timor...  
is, sicut...  
emur in...  
lans ob...  
sagrancia...  
liam ve...  
voluptate...  
tempus...  
idem ad...  
ur, cur...  
gustibus...  
m et to...  
et dilec...  
icor...  
e v. ii...  
tionem...  
licet an...  
extrem...  
quali...  
am...  
hanc...  
omia pa...  
ia v. p...  
ira h...  
io sp...  
Liber



nas Delicias degustare, prius purgetur cor  
tuum vitiosis affectibus, reuertat consolari  
in istis terrenis, ac omne illud contemnat,  
quod extra Deum ~~recreat~~ recreat. Quan-  
tum enim exteriores delectationes contemp-  
seris, tantum in Deo delectari poteris, ma-  
ximè vero ama solitudinem mentis, sate so-  
litaria, et leva te super te, ut scilicet cor-  
poralia transcendas, ~~atq;~~ Spiritualia compre-  
hendere valeas.

Thren. 3.

Considera 2. quod Sponsus coclestis ideo  
dicatur, et sit totus desiderabilis, quia si-  
ve consideretur ut Deus, sine ut homo to-  
tus reverà delectabilis, totus amabilis est,  
ut pole totus pulcher, totus sanctus, totus  
suavis, totus bonus, totus jucundus, verbo  
totus desiderabilis, adeo ut nec quidquam  
in eo sit, quod fastidium generare possit,  
vel non debeat amari, et optari; unde et  
dicitur desideratus cunctis gentibus, et desi-  
derium collium aeternorum, in quem videli-  
cet desiderant Angeli prospicere. Imo  
si eum intuearis crucifixum, illiusq; sacrosan-  
tum caput spinis acutissimè pungentibus co-  
ronatum, oculos vigiliis exhaustos, et la-  
crymis cruore permixtis suffusos, genas ala-  
pis casas, et sordidis sputis deformatas,  
os illud suavissimum felle amarissimo opple-  
tum, manus tot miraculorum effectricas  
clavis perforatas, humeros crucis pondere  
atritos, tergum flagris discissum, pedes etiã  
clavis transfixos, et totum corpus vulnen-  
bus cruentatum, merito dixeris Christus  
sponsum tuum etiam in cruce pendentem  
totum esse desiderabilem, quoniam omnia  
illa membra tot cruciatibus affecta est.

Aggai 2.



cacissima fuere salutis nostrae medicamenta,  
 ac desideratissima felicitatis nostrae instru-  
 menta. Est itaque Christus ex omni parte  
 desiderabilis, et ideo etiam totus amabilis  
 ut certe videatur desipere, quisquis prater  
 eum aliquid in hoc mundo voluerit amare.  
 Desidero te igitur millicies, mi Jesu, quando ad  
 me venies, tu es totus desiderabilis o dulce-  
 do ineffabilis. O filia Jerusalem si invere-  
ritis dilectum meum nuntiate ei quia a-  
more languo.

cant. c. 9. v. 8

Considera 3. quod Sponsa Sponsum coeleste  
 non solum dilectum suum, sed etiam, quod  
 majus est, amicum nuncupavit; talis, inquit,  
 est amicus dilectus meus, et ipse est amicus  
 meus. Brevis quidem oratio: ipse est ami-  
 cus meus, sed tamen omni admiratione di-  
 gna, et qua animum nostrum in summum  
 stuporem rapere deberet; quis enim non stu-  
 peat, dum audit, quod ~~homo~~ Deum pro amico  
 habeat. Quid est homo, o Deus, quod adeo me-  
 mor es eius, ut ipsum amicitia tua partici-  
 pom reddas? O quam magnum chaos dispari-  
 tatis inter Deum et hominem intercedit! Deus  
 est immensa majestatis Dominus, Rex immorta-  
 lis et invisibilis, Dominus Dominantium, coram  
 quo tremunt universa potestates; homo vero pul-  
 vis, cinis et terra, putredo, vermis, miser, pau-  
 per et egenus, imo ex se nihilum! Qui igitur fie-  
 ri potest, cum non nisi inter pares amicitia inve-  
 niatur, ut anima humana Deum amicum suum  
 nominare queat? Sed o immensam Dei erga  
 nos charitatem! Ecce, ut quodammodo Dei, ipsiq;  
 Deo similes efficeremur, ac, <sup>cum</sup> ipso intimam inire  
 possemus amicitiam, nostram naturam assumere  
 voluit voluit, factus ipse homo, qua formam  
 servi induta, iam ipsum fratrem, Sponsum, amicum  
 nostrum nuncupare minime reformidamus. O ani-  
 ma Christiana, quam magna est dignitas tua, quam

q anima humana  
 ps. 8

puge...  
 et consolan...  
 contemne...  
 eat. Quan...  
 nes contem...  
 i poteri...  
 atis, sed...  
 l' subiect...  
 ualis comp...  
 lestis id...  
 bilis, qui...  
 ul homo...  
 amabilis...  
 tus, totu...  
 adus, ver...  
 quidquar...  
 are poss...  
 i, unde...  
 bus, et de...  
 em nica...  
 erer. In...  
 l'ing' hanc...  
 genitibus...  
 stor, et la...  
 os, geas...  
 format...  
 ipimo...  
 effectiv...  
 cis pon...  
 m, p...  
 pus vult...  
 i' Chris...  
 ce' d...  
 mian...  
 effect...



ingens felicitas & quod non Angelum, aut Archangelum, sed ipsummet Angelorum Dominum pro sponso et amico habeas. O mira divina bonitatis dignatio, exclamat S. Gregorius, servi digni non sumus, et amici uocamus. O si agnosceres quid sit esse amicum filii Dei, hoc est, ab eo imperfectè diligi, praelectitia, te ipsam non caperes, tantoque erga eum mutuo actuares amore, ut liquefieres sicut cera à facie ignis. Sed heu nimiam mentis tuae coecitatem! Ille, qui est excelsissimus amicus tuus à te non amatur! Ille, qui non tantum propter te facit <sup>universa</sup> ~~universa~~, sed etiam tibi est pater, frater, sponsus, amicus et omnia corde tuo excluditur! Crimen est, inimicos non dilexisse, quale ergo erimen erit Christum amicorum maximum, nobilissimum, celsissimum non amasse? quanti eum offendisse, et sceleribus tuis de novo crucifixisse? O quam severum iudicem aliquando sustinebis, quem nunc ut dilectum amicum tuum habere, ac reuereri noluisti! Ah aperi oculos tuos, et uide, te nimium infelicem esse, si Deum non habueris, amicum, qui est thesaurus bonorum omnium, ad ipsum proinde semper suspira, et anhela, quia si eum semel possideris, habebis omnia.

### Documenta

Qui gustat spirituales dulcedines, sentit, quam suauè sit guttur divini sponsi, quod omnem mundi suauitatem non solum excellit, sed etiam expellit. Huius gutturis suauitas, quo magis sentitur eò magis desideratur, quoniam quippe habet in hac uita, non satisfactam, refectionem non plenitudinem. adeo enim dulcis est, ut semper desideretur, adeo immensa, ut nunquam ad plenum comprehendatur.

Rich.  
a. f. v.



tur: qui edunt me, ait Sapiantia, adhuc esuriunt, *Euli 24*  
et qui bibunt me, adhuc sitient.

2.  
Suavitatem gutturis sui Christus aspirat ani-  
ma, cum ei interius loquens, coelestes consolatio-  
nes, divinos impulsus, amores suavissimos affectus  
inspirat; De hac suavitate loquitur David,  
dum ait: quam magna multitudo dulcia-  
dinis Domine, quam abscondisti timentibus tuis. *ps 30*

Et, quam dulcia faucibus meis eloquia tua,  
super mel ori meo *ps 118*

3.  
Ceterum quibus modis amicitia Christi prom-  
venda et conservanda sit, pulchre indicat *lib. 2 imit christ. c. 8*  
Locus de imitatione Christi Pius ille asceta.

Magna ars est, inquit, scire cum Jesu conversa-  
ri; et scire Jesum tenere, magna prudentia. Esto  
humilis et pacificus, et erit tecum Jesus. Si de-  
votus et quietus, et manebit tecum Jesus. Potes  
cito fugare Jesum, et gratiam ejus perdere, si  
volueris ad exteriora declinare. et si illum effu-  
gaveris, ad quem fugias, et quem tunc queres  
amicum? Nonne hoc est majus damnum, quam  
si totum perderes mundum? quid enim potest  
tibi conferre mundus sine Jesu?

Canticum

Quo abiit dilectus tuus o pulcher-  
rime mulierum? quo declinavit dilectus  
tuus? et quaremus eum tecum. *C. 5. V. 17*

Disquisitionis  
Commentarius.

Sancti Angeli, nec non pia anime à Sponsa  
rogate, ut suis precibus eam adjuvent in quaren-  
do dilecto, nunc ab ea petunt, quoniam abiit  
ipse dilectus; non quod ignorent, sed ut ejus desi-  
derium dilectum ardentius inquirendi magis accen-  
dant, eamque moneant, ut illum ibi duntaxat,



inquirat, ubi inveniendus est, ostendantq, quam  
libenter unà cum ipsa eum quarere, hoc est,  
sua intercessionem, ut inveniri possit, pro ea in-  
terponere velint. Unde vides, quòd iste versum-  
lus concordet cum versiculo ~~9<sup>no</sup>~~ <sup>9<sup>no</sup></sup> Superius alle-  
to; quapropter non vacat, ei diutius hic immo-  
rari; quia quæ hie pro ulteriori elucidatione  
ac meditatione adduci possent, illic iam expo-  
sita sunt.

## Cantici Cant: Cap. 6.

Dilectus meus descendit in hortum  
suum, ad areolam aromatum, ut  
pascatur in hortis, et lilia colligat. v. j

### Elucidatio Commentarius

Nota 1. quòd hortus et paradisus Christi sit  
mens devota, sicut alibi iam diximus; In hac igitur  
mente Christus eò magis deliciari solet,  
quò ipsa humilior fuerit, quòd hie innuit. Spon-  
sa per ea verba: ad areolam aromatum, id est  
respicens ad humilitatem; Areola enim, ut ad-  
vertit S. Antonius ponitur diminutivè ab areca  
propter humilitatem, qua est procreatrix virtu-  
tum. Nota 2. quòd qualibet virtus tam  
theologia quam moralis possit dici hortus,  
ut docet Terimus, eò quòd qualibet virtus ins-  
tar horti suos producat fructus; pascitur igitur  
Christus in hortis, quia delectatur virtu-  
tibus, maximè autem lilia castitatis colligere  
amat. Sensus autem iste est: O filia Je-

### Meditatio

rusalem, quaritis à me, quò dilectus meus abie-  
rit? ~~iam dicit vobis~~, Ecce, postquam eum diu quæsi-

S. Ant. de Padua  
Serm. in Dom.  
3. Quad.

vid. Terim. h.